

TERTIAE DECADIS

Dictato
rii &
Mgō
eqtū iuf
eqtum

Fabius
& parti
unt co/
pias Mi
nutius
Cōfiliū
Anniba
lis i capi
endo
Miutio

Att. Fa/
bii dicta
toris
uerba

Hefio/
di ſnia

stus pecunia a patre relicta: animū ad spem liberalioris fortunæ iecit: togaq; & forum placere procla
mando pro sordidis hominibus: causisq; aduersus re & famam bonorū primū i noticiā populi: deinde
ad honorē peruenit. Quæstura quoq; & duabus ædilitatibus plebeia & curuli: postremo & p̄tura per
functus iam ad consulatus spem cū attolleret aīo: haud pagē callide aurā fauorabilis populi ex dictatoria
inuidia petit: sicq; plebis unus gratiā tulit. Omnes eā rogationē: quiq; Romæ: quiq; i exercitu erāt: æq
atq; iniqui præter ipsum dictatorē in contumeliam eius latam acceperunt: ipse qua grauitate animi cri
minantes se ad multitudinem inimicos tulerat: eadem & populi i se sauiētem iniuriā tulit: accepsitque
in ipso itinere litteris senatuscons. de æquato imperio: satis fidens haud q̄q̄ cum imperii iure artem i
perandi æquatam cunq; inuictō a ciuibus hostibusq; animo ad exercitum rediit. Minutius uero cū iā
ante uix tolerabilis fuisset: secūdis rebus ac fauore uulgi tum utiq; imodice imodesteq; non Annibale
magis uictō a se quam Fabio gloriari: illum i rebus asperis unicum ac parē ducē quæsitū Annibali ma
iorem minori dictatorē magistro equitum quod nulla memoria habeat annalium iussū populi æqua
tum i eadem ciuitate: i qua magistri equitū uirgas ac secures dictatoris tremere atq; horrere soliti sunt:
in tantū suam felicitatem uirtutemq; enituisse. Ergo secuturum se fortunam suam si dictatoris cūcta
tio i segnicie deorum hominūq; iudicio damnata perstaret. Itaq; quo die primū congressus est: cum Fa
bio statuendū primum omniū esse ait: quēadmodum imperio adæquato utantur: se optimum ducere
aut diebus alternis: aut si maiora interualla placerent: partitis temporibus alterius summum ius impe
riumq; esse: ut par hosti nō solū consilio: sed uiribus etiā esset: siquam occasionē rei gerendæ habuisset.
Qu. Fabio haud quaquam id placere: omnia enim fortunam habituram quæcunq; temeritas collegæ
habuisset: sibi cōmunicatum cū alio: non ademptū imperiū esset. Itaq; se nunquā uolentem parte: qua
posset: rerū consilio gerendarum cessurū: nec se tēpora aut dies iperū cū eo exercitus diuisurū: suisq; cō
siliis: quoniā oīa nō liceret: quæ posset seruari. Ita obtinuit: ut legioōes: sicut cōsulibus mos esset: iter
se diuiderēt. Prīa & quarta Minutio: Secūda & tertia Fabio euenerūt. Itē equites pari numero sociumq;
& latini noīs auxiliū diuiserūt. Castris se quoq; separari magister equitū uoluit. Duplex inde Annibali
gaudiū fuit: neq; enī qcq; eorū: quæ apud hostes gerebātur: eū fallebat: & profugis multa idicātibus & p
suos exploratē. Nā & libera Minutii temeritatē se suo modo capturū: & sollertia Fabii dimidiū uirium
decessisse. Tumulus erat iter castra Minutii & pœnōrū: qui eū occupasset: haud dubie iniquiorē erat ho
sti locū facturū: eū nō tā capere sine certamine uolebat Annibal: q̄q̄ id operæ pretiū erat: quā cām certa
minis cū Minutio: quē semper occurfurū ad obsistēdū satis sciebat: & cōtra iturū. Ager omnis medius
erat prīa specie iutilis isidiatori: quia non modo siluestre qcq;: sed ne uepribus quidē uestitū habebat: re
ipsa natus detegēdis isidiis: eo magis qd i nuda ualle nulla talis fraus timeri poterat: & erāt i anfractibus
cauæ rupes: ut quædā earū ducenos armatos possent capere: i has latebras: quot quēq; locū apte isidere
poterāt: qnq; millia cōdūtū peditū equitūq;: necubi tamen aut motus alicuius temere egressi: aut ful
gor armorū fraudē i ualle tā aperta detegeret: missis paucis prīa iuce ad capiēdū: quem antediximus tu
mulū: auertit oculos hostiū. Prīo statim cōspectu cōtēpta paucitas: ac sibi quisq; deposcere pellēdos ide
hostis: ad locū capiēdū dux ipse iter stolidiſsimos ferocissimosq; ad arma uocat: & uanis aīs & minis i
crepat hostē. Prīcipio leuē armaturā dimittit: deide cōserto agmine mittit equites. Postremo cū oibus
subsidiis quoq; itura mitti iubet: istructisq; legionibus procedit. Et Annibal laborātibus suis: alia atque
alia crescēte certamine mittēs auxilia peditū equitumq; iā iustā explicuerat acie: ac totis utrinq; uiribus
certabatur. Prīa leuis armatura romanorū præoccupatū iseriore loco succedēs tumulum pullā: detru
sosq; terrorē i succedēre itulit equitē: & ad signa legionū refugit: peditū acies iter percussos ipauida sola
erat: uidebaturq;: si iusta aut recta pugna esset: haud quaquā impar futura: tantū animorū fecerat pspe
re ante paucos dies res gesta: sed exorti repēte isidiatores eū tumultū terrorēq; i latera utrinq;: ab tergoq;
incurſantes fecerunt: ut neq; animus ad pugnam: neq; ad fugam cuiquam spes superasset. Tunc Fabius
primo clamore pauētium audito: deide cōspecta procul turbata acie ita est: inquit: nō celerius: quam
timui: depræhendit fortuna temeritatē. Fabio æquatus imperio Annibalem & uirtute: & fortuna suz
periore uidet: sed aliud iurgandi succēsendiq; tempus erit: nunc signa extra uallum proferte: uictoriā
hosti extorqueamus: confessionem erroris ciuibus. Jam magna ex parte aliis cæsis: aliis circūspectanti
bus fugā: fabiana se acies repēte uelut cælo demissā ad auxiliū ostendit. Itaq; priusquam ad coniectū tā
li ueniret: aut manum cōfereret: suos a fuga effusa & a feroci pugna hostis continuit: qui solutis ordini
bus uage dissipati erāt: undiq; confugerūt ad itegrā aciem: q plures simul terga dederāt: cōuersi in hostē
uolentesq; orbē: nūc sensim referre pedē: nūc conglobatim restare: ac iam prope una acies facta erat ui
cti atq; itegri exercitus: inferebantq; signa i hostē cū pœnus receptui cecinit: palam ferente Annibale ab
se Minutiū: se a Fabio uictū. Itaq; p uariām fortunam diei maiore parte exacta: cū in castris reditum eēt
Minutius cōuocatis militibus. Sæpe ego: inquit: audiui milites: eum primū esse uirum. qui ipse cōsulat
quid in re sit. Secūdum eū qui bene monēti obediāt. Qui nec ipse cōsulere: nec alteri parere scit: eū extre
mi igenii esse: nobis quoniam prima animi ingeniiq; negata fors est: secundam ac mediam teneamus:
& dum imperare discimus: parere prudenti in animum inducamus: castra cum Fabio iungamus: ad p̄
torium eius signa cū tulerimus: ubi ego eū parentē appellauero: quod beneficio eius erga nos ac maie
state eius dignū ē: uos milites eos: quorū uos modo arma dextræq; texerūt: patronos salutabitis: & si ni
hil aliud: gratorū certe nobis animorū gloriā dies hæc dederit. Signo dato cōclamatur ide ut colligātur
uasa. Profecti agmine icedentes ad dictatoris castra in admirationē & ipsum & omnes: q circa erant cō

uerterunt: ut constituta sunt ante tribunal signa: pgressus ante alios magister equitum cum patrē Fabium appellasset: circūfusosq; militum eius patronos totū agmen cōsalutasset. Parētibus inq; dictator meis: qbus te modo nomine: quo fando possum æquauit tantū debeo: tibi cū meam salutē: tū omnium horū. Itaq; plebiscitum quo oneratus magis: quā honoratus sum: primus antiquo abrogoque: & quod tibi mihiq; qd' exercituiq; tuo cōseruato: ac cōseruatori sit felix: sub imperiū auspiciūq; tuum redeo: & signa hæc legioneq; restituo. Tu quæso placatus me magistrum eqtū hos ordinibus suis quæq; teneri iubeas. Tum dextræ iteriunctæ militeq; cōcione dimissa: a notis ignotiq; benigne atq; hospitallyter iuitati: lætusq; dies ex admodū tristi pauloante ac prope execrabili factus: Romæ ut est plata fama rei gestæ: deide litteris non magis ipsorū imperatorū: quā uulgo militū ex utroq; exercitu affirmata: p se quisq; Maximū laudibus ī cælum ferre. Par gloria apud Annibalē: hostisq; pœnos erat: ac tum demū sentire cū romanis: atq; Italia bellum eē: nam biēnio antea adeo & duces romanos & milites spreuerāt: ut uix cū eadē gente bellū esse crederent: cuius terribilē eā famā a patribus accepissent. Annibalē quoq; ex acie redeuntē dixisse ferūt: tandē eā nubē: q̄ federet ī iugis montiū sollicitatā procellæ ībrem dedisse. Dum hæc gerunt ī Italia. Gn. Seruilius Geninus cōsul cū classē nauium circūuertit Sardinia & Corsicæ oram: & obsidibus utrinq; acceptis ī Africā trāsmisit: & priusq; ī continentē descēssiones faceret: Mœnice insula uastata & ab incolētibus circa eā: ne & ipsorū ureretur: diripereturq; ager. x. talētis argenti acceptis ad littora Africæ accessit: copiasq; exposuit: inde ad populandū agrū ducti milites: naualesq; socii iuxta effusi ac si insulas cultorū egentis pdarentur: itaq; ī insidias temere illati: cū a frequētibus palantes & locorū ignari circūuenirentur: cū multa cæde ac fœda fuga retro ad naues cōpuli sunt. Ad mille hominū cū his. Sempronio Bleso q̄store amisso: classis a littoribus hostium plenis trepide soluta ī Siciliā cursum tenuit: traditaq; Lilybei tota Attilio p̄tori: ut a legato eius. P. Sura Romā reduceretur. Ipse per Siciliā pedibus profectus freto ī Italiā traiecit. Litterisq; Fabii accitus: & ipse & collega eius. M. Attilius ut exercitū a se exacto iam prope semestri īperio acciperent. Omnium prope annales Fabiū dictatōrē aduersus Annibalē rem gessisse tradūt. Celius ē eū primū a populo creatum dictatōrē scribit. Sed & Celiū & cæteros fugit uni cōsuli. Gn. Seruilio: q̄ tunc pcul ī gallia puincia aberat: ius fuisse dicēdi dictatōris. Quā morā qa expectare ciuitas iam territa clade nō poterat: eo discursum ē: ut a populo crearet: qui pro dictatōrē esset: res īde gestas gloriāq; īsignē ducis & augendæ titulū imaginis posteris ut dictatōr pro dictatōrē diceretur: facile obtinuisse. Adeoq; ī opia ē coactus Annibal: ut nisi tum fugæ speciē abeundo timuisset: Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta spe alendi exercitus ī eis locis: si insequentes consules eisdē artibus bellū gererēt. Cōsules. M. Attilius Fabianus Geninus Seruilius Musitanus: exercitu accepto: hybernaculis mature cōmunitis tū autūni erat tēpus: Fabii artibus cū summa inter se cōcordia bellū gesserunt. Frumentanū exeunti Annibalī diuersis locis opportune aderāt carpentes agmē: palantesq; excipiētes. In casum uniuersæ dimicationes: quā oībus artibus patebat hostis: nō ueniebant. Cum ad Geryonem iam hyeme īpendente cōstitisset bellū: Neapolitani legati Romā uenere: ab iis q̄ draginta pateræ aureæ magni pōderis ī curiam illatæ: atq; ita uerba facta: ut dicerēt. Scire se Romani populi arariū bello exhauriri: & cū iusta pro urbibus agrisq; sociorū: ac pro capite: atq; arce Italiae urbe romana: atq; īperio gerant: æquū censuisse Neapolitanos quod auri sibi cum ad ipsorum ornatū: tum ab subsidiū fortunæ a maioribus relictu foret: eo iuuare Po. Ro. si quā opē ī sese crederēt: eodem studio fuisse ablaturus: gratum sibi p̄res romanos populūq; facturū: si oēs res Neapolitanorū suas duxissent: dignosq; iudicauerint: a quibus donū animo ac uoluntate eorum: q̄ libenter darent: quā re maius ampliusque acciperent. Legatis gratiæ actæ p̄ munificētia curaq; patera: quæ pōderis minimi fuit: accepta.

Per eosdem dies spectator carthaginēsis: qui p̄ biēnium se fellerat: Romæ dephensus p̄cisus manibus dimittit. Et serui qnq; & uiginti ī crucem acti: qd' ī cāpo martio cōiurassent: idici data libertas: & æris grauis. xx. millia. Legati & ad Philippū macedonū regē missi ad deposcēdū. Demetriū Phaleriū: q̄ bello uictus ad eum fugisset: & alii ī ligures ad exostulandū: quod pœnum opibus auxiliisq; suis iuuissent: si mul ad uisendū ex p̄p̄quo q̄ ī boiis atq; ī subribus gererent. Ad Pineū quoq; regē ī illyricos legati missi ad stipediū p̄ eos dies accipiēdū. Adeo & si bellū eēt īngēs ī ceruicibus nullius usq; terræ: rei cura Romanos ne lōgiqua qdē effugiebat: ī religionē ēt uenit adē Cōcordiæ: quā p̄ seditionē militarē biennio ante. L. Mālius p̄tor ī Gallia uouisset: locatā ad id tps nō eē: itaq; duūiri ad eā rē creati ab Aemylio p̄to re urbis. Gn. Pupius & Cæso Quītiū Flaminius adē ī arcē faciendā locauerūt. Ab eodē p̄to re ex senatus cōsulto litteræ ad cōsules missæ: ut si iis uideret: alter eorū ad cōsules creādos Romā ueniret: se ī eā diem: qua iussissent: comitia edicturū. Ad hæc a cōsulibus rescriptū: sine detrimēto reip. abscedi nō posse ab hoste: itaq; p̄ iterregē comitia habēda eē potius: q̄ consulum alter a bello uocaret. Patribus rectius uisum ē dictatōrē a cōsule dici comitiōrū habēdorū cā: dictus. L. Veturius Philo. M. Pōponiū Mathonē magistrū eqtū dixit: his uitio creatis: iussisq; die q̄rtodecimo se m̄gratu abdicare: ad interregnū res rediit. Cōsulibus p̄pagatū ī annū īperium: iterreges pditi a patribus. Gn. Claudius. Appii Filius: Ceto: īde. P. Cornelius Afina. In eius īterregno comitia habita magno certamē plebis ac patrū. C. Terētīnū Varro nem: quē sui generis hoīem plebs īsectatiōe p̄cipū popularibusq; artibus cōciliatū ab. Q. Fabii opibus ex dictatorio īperio cōcūssum aliena iuidia splēdente: uulgus ēt extrahere ad cōsulatum nitebat. Patres summa ope obstabāt: ne se īsectādo sibi æq̄ri assuescerēt hoīes. Bebius Herēnius tri. pleb. cognatus. C. Terētīi criminādo nō senatū mō: sed ēt augures: qd' dictatōrē phibuisent comitia p̄ficere p̄ iuidiā eorum fauorē cādīdato suo cōciliabat. Ab hoībus nobilibus p̄ multos annos bellū q̄retibus: Annibalē ī

Atq; gratissima
miutii
uerba
ad Fabium

Quid
Annibal de
Fabio

Demetrium
Phalerium
Pineus

TERTIAE DECADIS

Italiam adductum: ab iisdem: cum debellari possit: fraude id bellum trahi: cum quattuor militum legionibus uniuersis pugnari posset: apparuisse eo qd. M. Minutius absente Fabio prospere pugnasset duas legiones hosti ab eodem obiectas: deinde ex ipsa caede ereptas: ut pater patronusq; appellaretur: q; prius uincere prohibuisset romanos: qua uici. Consules deinde fabianis artibus cum debellari posset: bellum traxisse: id foedus inter oes nobiles ictum: nec fine ante belli habituros qua consulem uere plebeium: id est hoiem nouum fecissent. Nam Plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris: & contemnere plebem: ex quo contempti desierit a patribus coepisse: cui non id appareret: id actum & quaesitum esse: ut interregnum iniretur: ut in patrum potestate comitia essent: id consules ambos ad exercitum morando quaesisse: id postea: quia inuitis iis dictator esset dictus: comitiorum causam expugnatam esse ut uiciosus dictator per augures fieret. Abhorretere igitur interregnum eos: consulatum unum certe plebis romanae esse: populum liberum habiturum: ac datum ei: qui magis uincere: quam diu impare malit. Cum his orationibus accensa plebes esset: tribus patriciis petentibus. P. Cornelio Merenda. L. Manlio Volsone. M. Aemilio Lepido: duobus nobilibus iam familiaribus plebei. C. Attilio Serrano & Acilio Pero: quoque alter pontifex: alter augur erat. C. Terentius consul unus creatur: ut in manu eius essent comitia rogatio collegae tum cum ex parte esset nobilitas parum fuisse uirum in competitoribus eius. L. Aemilius Paulus: qui cum M. Laellio consul fuerat: & damnatione collegae: & sua prope ambustus euaserat: infensus plebi diu ac multum recusans ad petitionem compulsus uiris: proximo comitiali die concedentibus omnibus: qui cum Varrone certauerat parte magis in aduersa: quam collega datur consuli. Ante praetoriana comitia habita creati. M. Poppo Matho & P. Furius Philo. Romae urbana fors uiridicum Poppo iter ciues Romanos: & peregrinos euenit. Additi duo praetores. M. Claudius Marcellus in Sicilia. L. Posthumius Albinus in Gallia: oes absentes creati sunt: nec quisquam eorum propter Terentium consulem erat: cui iam antea mandatus honos non fuisset: propter aliquot fortibus ac strenuis uiris: quia in tali tempore nullus nouus magistratus uidebatur dandus. Exercitus quoque multiplicati sunt. Quanta autem peditum equitumque additae sint copiae: adeo numero & genere copiarum uariant auctores: ut uix quicquam satis certum affirmare aulim: decem millia nouorum militum alii scripta in supplementum: alii nouas quattuor legiones quinque legionibus additas: ut nouem legionibus re gereret: numero quoque peditum equitumque legiones auctas millibus peditum: & centenis equitibus in singulas adiectis: ut quina millia peditum trecenti equites essent: sociisque: ut duplicem numerum equitum darent: pedites aequarent. Septem & octoginta quinque millia armatorum & cc. in castris romanis: cum pugnatum esset ad Cannas: quidam auctores sunt. Illud haud quam discrepat: maiore conatu atque impetu re acta: quam prioribus annis: quia spem posse uici hostem dictator probuerat. Caeterum priusquam signa nouae legionis ab urbe mouerent: decem uiri libros adire: ac inspicere iussi prope territos uulgo hoies nouis prodigiis: Nam & Romae in Auentino: & Ariciae nuntiatum erat sub eodem tempore lapidibus pluuisse: & multo cruore signa in sabinis caedis: aquas a fonte calidas manasse: id quidem & quod saepius acciderat magis terrebat: & in uia Fornicata: quae ad campum erat: aliquot homines de caelo tacti exanimatiq; fuerant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati a Pesto pateras aureas Romam attulere: iis sicut Neapolitanis gratiae actae: aurum non acceptum: Per eosdem dies ab Hierone classis ostiam cum magno apparatu accessit: legati syracusani in senatum introducti nuntiarunt eadem. C. Flamini exercitusque allatam adeo affecisse regem Hieronem: ut nulla sui propria regniq; sui clade moueri magis potuerit: itaque quicquam prope sciat magnitudinem Populi Romani admirabilior rem prope aduersis rebus: quam secundis esse: missa tamen a se omnia: quibus a bonis fidelibusq; sociis bella iuari soleat: quae ne accipere abnuant: magnopere se publice orare: iam omnium primum ominis causa uictoriam auream pondo. ccc. xx. afferre sese: acciperent eam tenerentq; & haberent propriam & perpetuam: aduexisse etiam trecenta millia modiorum tritici: ducenta hordei: ne comestus deessent: & quantum propterea opus esset: quo iussissent: subuecturos: milite atque equite scire nisi romani latinique nominis non uti populum Romanum: leuium armatorum auxilia etiam externa uidisse in castris romanis: itaque misisse mille sagiptariorum ac funditorum aptam manum aduersus funditores ac mauros pugnacesq; alias gentes. Ad ea dona consilium quoque addebant: ut praetor cui Sicilia prouincia esset: classem in Africam traiceret: ut & hostes in terra sua bellum haberent: minusque laxamenti daretur iis: ad auxilia Annibali summittenda. Ab senatu ita responsum regi est. Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse: atque uno tenore: ex quo in amicitiam Po. Ro. uenerit: fidem tenuisse: ac rem romanam omni tempore omni loco munifice adiuuuisse: id proinde ac deberet pro gratum Po. Ro. esse. Aurum & a ciuitatibus quibusdam allatum non accepisse: populum romanum gratia regis uictoriae omneque accipere: sedemque ei se diuina dare dicareue Capitolium: templum Iouis Optimi Maximi: in ea arce urbis Romae sacratam uolente: propitiamque firmam ac stabilem fore Po. Ro. Funditores sagiptariique & frumentum traditum consulibus: quinqueremes ad nauium classem: quae cum M. Octacilio praetore in Sicilia erat quinque & uiginti additae: permissumque est: ut si e re publica censeret esse. In Africam traiceret. Delectu profecto: consules paucos morati dies: dum socii a nomine latino uenirent. Milites tunc quod nunquam antea factum erat: iureiurando a tribunis militum adacti iussu consulum conuenturos: neque iniussu abituros: nam ad eam diem nihil praeter sacramentum fuerat: & ubi ad decuriam & centuratum conuenisset: sua uoluntate ipsi inter se equites decuriati: centuriati pedites coniurabant: sese fugae: atque formidinis causa non abituros: neque ex ordine recessuros: nisi taeli sumendi: aut petendi: aut hostis feriendi: aut ciuis seruandi causa id ex uoluntario inter ipsos foedere a tribunis ad legitimam iurisiurandi ad actionem translatum. Conciones priusquam ab urbe signa mouerentur: consulis Varronis multae ac feroces fuerunt: denunciante bellum accersitum in Italiam a nobilibus: mansurumque in uisceribus reip. si plures Fabios imperatores haberet. Se quo die hostem uidisset profecturum: Collegae eius Pauli una pridie quam ex urbe proficiscerent con-

C. Terentius. L. Aemilius consul.

Att. q; bus copiis pugnatum sit ad Cannas

Baleares funditores legedum puto

Nouum Militaris sacramenti genus

cio fuit uerior: quam gratior populo: quia nihil inclaementer in Varrone dictum: nisi id modo. Mirari se quo modo quis dux: priusq; aut suu: aut hostium exercitu loco: situ: natura regionis nosset: iam nunc locatus in urbe: sciret quae sibi agenda armato forent: & die quoq; praedicere posset: qua cum hoste signis collatis eet dimicaturus: se quae consilia magis res dent hoibus: quam hoies rebus: ea ante tempus imatura non praecipere: optare: ut quae caute atq; consulte gesta essent: satis prospere euenirent. Temeritatem praeterq; quod stulta sit: infelicem etiam ad id locum fuisse: eum sua sponte apparebat tuta celeribus consiliis praeposuisse: & quo id constantius perseveraret. Fabius Maximus sic eum perficere allocutus fertur. Si aut col legam: id quod mallem tui simile. L. Aemyli haberes: aut tu collegae tui similis esses: supuacanea esset oratio mea: nam & duo boni consules: etiam me tacente oia e rep. fide uestra faceretis: & mali nec mea uerba auribus uestris: nec consilia animis recipetis. Nunc & collegam tuum: & te talem uix intuenti mihi tecum ois oratio e: quae uideo neq; & uix bonum: & ciuem fore: si altera parte claudicet resp. malis consiliis idem & bonis iuris & potestatis erit. Erras enim, L. Paule: si tibi minus certaminis cum, C. Terentio: quam cum Annibale futurum censes: nescio an infestior hic aduersarius: quam ille hostis maneat: & cum illo in acie tantum: cum hoc oibus locis ac temporibus certaturus es: & aduersus Annibalem legionesq; eius tuis equibus ac peditibus pugnandum tibi sit. Varro dux tuis militibus te sit oppugnaturus: omni et tibi causa ad sit. C. Flamini memoria: tum ille consul demum & in prouicia: & ad exercitum coepit furere: hic priusq; peteret consulatum: deinde in petendo consulatu: nunc quoq; consul priusq; castra uideat: aut hostem insanit: & qui tantas iam nunc procellas praelia: atq; acies iter togatos ciet: quod inter armata iuuentute censes factum: & ubi extemplo uerba res sequitur. Atqui si hic: quod facturum se denunciat: extemplo pugnauerit: aut ego rem militarem: belli hoc genus: hostem hunc ignoro: aut nobilior alius Trasimeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriandi tempus aduersus unum est: ut ego contemnendo potius: quam appetendo gloriae modum excesserim: sed ita res habet: una ratio belli gerendi aduersus Annibalem est: quam ego gessi: nec euentus docet hoc: stultorum iste magister est: sed eadem ratio quae fuit futura: quae donec res eadem manebunt: immutabilis erit: in Italia bellum gerimus: in sede ac solo nostro: oia circa plena ciuium: ac sociorum sunt: armis uiris equis comestibus iuuant: iuuabuntq;: id iam fidei documentum in aduersis rebus nostris dederunt: meliores: prudentiores: constantiores nos tempus diesq; facit. Annibal contra in aliena: in hostili est terra: iter oia inimica infestaque: procul a domo: procul a patria: neq; illi terra: neq; mari est pax: nullae eum urbes accipiunt: nulla moenia: nihil usq; sui uidet: in diem rapto uiuit: parte uix tertiam eius exercitus habet: quo libere amnem traiecit: plures fames: quam ferrum absumpsit: nec his paucis iam uictum suppeditat: dubitas ergo: quin eum sedendo supaturi simus: quod senescit in dies: non comestus: non supplementum: non pecuniam habet: quod diu pro Geryonis castelli Apuliae inopis: tanquam pro Carthaginis moenibus pugnatum est: sed ne aduersus te quidem ego gloriabor. P. Seruilius atq; Acilius proximi consules uide: quemadmodum eum ludificati sunt: haec una salutis est uia. L. Paule: quam difficilem infestamq; ciues magis: quam hostes facient. Idem enim tui quod hostium milites uolunt: idem Varro consul romanus: quod Annibal poenus imperator cupit: duobus ducibus unus resistat oportet: resistes autem aduersus famam rumoresq; hoium: si satis firmus steteris. Si te neq; collegae uana gloria: neq; tua falso infamia mouerit. A ueritate laborare nimis ius saepe aiunt extingui nunquam. Gloria qui spreuit: ueram habebit: sine timidum pro cauto: tardum pro considerato: imbellem pro perito belli uocet. Malo te sapiens hostis metuat: quam stulticius laudent: oia audentem contemnet Annibal: nil temere agentem metuet: nec ego: ut nihil agam: sed ut agerem te ratio ducat: non fortuna tuae potestatis semper: tuaq; oia sint: armatus: intetumq; sis: neq; occasione tuae desis: neq; suam occasionem hosti des: oia non properati clara certaq; erunt: festinatio improuida e & caeca. Aduersus ea oratio consulis haud sane laeta fuit: magis fatentis ea: quae diceret uera: quam facilia actu esse: dictatori magistrum equitum intolerabile fuisse. Quid consilium aduersum collegam seditiosum: ac temerarium uirum: atq; auctoritatis fore: se populare icidium priore consulatu semiuictum effugisse: optare: ut oia prospere eueniret. At si quod aduersi caderet: hostium se talem potius: quam suffragiis iratorum ciuium caput obiecturum: Ab hoc sermone profectum paulum tradunt: persequentibus primoribus patrum. Plebeium consulis sua plebs profecuta: turba quam dignitate conspectior. Ut in castra uenere: permixto nouo exercitu ac uetere castris bifariam factis: ut noua miora eent: propius Annibali: in ueteribus maior pars: & omne robur uirum esset: tum anni prioris consulis. M. Acilium aetate excusantem Romam miserunt. Geminium Seruilium in minoribus castris legioni romanae: & socium peditum equitumq; duobus millibus praeficiunt. Annibal quae parte dimidia auctas hostium copias cernebat: tamen aduentu consulis mire gaudere: non solum. n. nihil ex raptis in die comestibus supabat: sed ne unde raperet quod quicquid reliquerat: ois undique frumento: posteaq; ager parum tutus erat: in urbes munitas conuecto: ut uix decem diebus: quod cooperitum postea est: frumentum superesset. Hispanorumq; ob inopiam transitio parata fuerit: si maturitas temporum expectata foret. Caeterum temeritati consulis ac praepropero ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis praedatoribus tumultuario praelio ac percursu magis militum: quam ex praeparato aut iussu imperatorum orto: haud quam par poenis dimicatio fuit ad. M. & cc. caesis non plus romanorum sociorumq;. c. occisis: caeterum uictoribus effuse sequentibus metu insidiarum abstinit Paulus consul: cuius eo die: nam alternis imperitabant: imperium erat. Varrone indignate ac uociferate emissum hostem e manibus: debellariq; ni cessatum foret: potuisse: Annibal id damnum haud aegerrime pati: quoniam potius credere: uelut infestam temeritate ferocioris consulis ac nouorum militum esse: itaq; locum & tempus insidias aptum se habere ratus: nocte proxima nihil praeter arma secum ferentis milites ducens: castra plena ois fortunae publicae praeterea reliquit: transque proximos montes leua pedites instructos condidit: dextera eques: impedimenta pro cornu in medium agmen ut diripiendis

Att. uerba Fabii ad Aemylium

Sertitia

Att. in quo regum angustia res Annibalis site eent

TERTIAE DECADIS

Att. An
nibal
artem

Obnun
ciari &
nō nun
ciari est
legēdū:
quid ob
nunciār
sit Cice
ro & al/
conius
docet

Cōsiliū
Anniba
lis de fu
ga i gal/
liam

Hodie
uerna/
cula lin
gua Lo
fantum
uocat.

Roma/
na acies
ad can/
nas

uelut desertis fugā dominorū castris occupatum: impeditumq; hostem opprimeret. Crebri relictī i castris ignes: ut fides fieret: dum ipse lōgius spatiū fuga præriperet: falsa imagine castrorū: sicut Fabiū priore anno frustratus fuerat: in locis tenere cōsules uoluissē. Vbi illuxit: subductæ primo statioēs: deinde p̄pius adeuntibus insolitū silentiū admirationē fecit. Iam satis cōperta solitudine i castris: cōcursum sit ad prætoria cōsulum nūciantū fugā hostiū adeo trepidam: ut tabernaculis statibus castra reliq̄rint: quoq; fuga obscurior esset: crebros et relictos ignes. Clamor inde ortus: ut signa proferri iuberent: ducerentq; ad p̄sequendos hostes: ac protinus castra diripiēda. Et consul alter uelut unus turbæ militaris erat. Paulus etiam atq; et dicere prouidendū p̄cauendūq; esse: postremo cū aliter neq; seditionē: neq; ducē seditionis sustinere posset. M. Statiliū p̄fectum cum turma lucanorū exploratū misit: qui ubi adequita uit portis: subsistere extra munimenta cæteris iubet: ipse cū duobus equitibus uallum itrauit: speculatusq; oīa cum cura renūciat insidias profecto esse: ignes in parte castrorū: quæ uergāt i hostem relictos: tabernacula aperta: & oīa cara i promptu relictā: argētum q̄busdam in locis temere per uias obiectū ad prædam uidissē. Quæ ad detinendos a cupiditate aīos nunciata erant: ea accēderunt: & clamore sublato a militibus: nisi signū detur: sine ducibus ituros: haud quāq; defuit: nā extēplo Varro signū dedit proficiscendi. Paulus cum ei sua sponte cūctanti pulli quoq; auspicio nō addixissent: nunciari iam efferenti porta signa collegæ iussit: Quod q̄q; Varro ægre est passus: Flamini tamē recens casus Claudiūq; consulis primo punico bello memorata naualis clades religionem aīo incussit. Dii prope ipsi eo die magis distulere: quā prohibuere iminentem pestem romanis: nam forte ita euenit: ut cū inferri signa i castra iubenti cōsuli milites nō parerent: serui duo: Formiani unus: alter Sidicini equitis: q; Seruilio: atque Acilio consulibus iter pabulatores excepti a nuntidis fuerant: p̄fugerent eo die ad dominos: q; deducti ad consules denunciant oēm exercitū Annibalī trans p̄ximos montes sedere i insidiis. Horū opportunus aduentus cōsules imperii potētes fecit: cum ambitio alterius suā primum apud eos praua indulgentia maiestate soluisset. Annibal posteaq; motos magis i consulte romanos: quā ad ultimū temere euectos uidit: neq; q̄ detecta fraude in castra rediit: ibi plures dies p̄ inopiam frumētī manere nequibat: nouaq; cōsilia i dies non apud milites solū mixtos ex colluione oīum gentiū: sed etiā apud ipsum ducē oriebant: nam cū initio fremitus: deinde aperta uociferatio fuisset exposcentiū stipendiū debitū: quærentiūq; an nonā primo: postremo famem: & mercenarios milites maxie hispani generis de traditione cœpisse cōsiliū fama esset: ipse etiā Annibal iterdum de fuga i Galliā dicitur agitasse: ita ut relicto peditatu omni: cū eq̄tatu se proriperet: Cum hæc cōsilia: atq; hic habitus animorū esset i castris: mouere ide statuit i calidiora: atq; eo maturiora messibus Apuliæ loca: simul quo lōgius ab hoste recessisset: trans fugia impeditiora leuibus ingeniis eēt. Profectus est nocte ignibus similiter factis: tabernaculisq; paucis relictis in speciem: ut insidiarū par priori metus contineret romanos: sed p̄ eundē Lucanū Statiliū oībus ultra castra transq; mōtes exploratis cū relatū esset: uisum p̄cul hostiū agmen: tū die sequēti eius insequēdi consilia agitari cœpta: cum utriusq; consulis eadē: quæ semp̄ ante fuisset: snia. Cæterū Varroni fere oēs Paulo nemo præter Seruiliū prioris anni consulē assentirent: maioris partis snia ad nobilitandas clade romana Cānas urgente fato profecti sunt. Prope eū uicū Annibal castra posuerat auersa a Vulturno uēto: q; campis torridis siccitate nubes pulueris uehit: id cū ipsis castris p̄ cōmodum fuit: tum salutare præcipue futurū erat: cū aciem dirigerent ipsi auersi: terga tantū afflante uento in occēcatū puluere effuso hostem pugnaturi. Cōsules satis exploratis itineribus sequentes pœnū: ut uentū ad Cānas est: ubi in conspectu pœnū habebant: bina castra cōmuniunt: eodē ferme iteruallo: quo ad Geryonē: sicut ante copiis diuisis. Aufidus amnis utriusq; castris affluens aditū aquatoribus ex sua cuiusq; opportunitate haud sine certamine dabat ex minoribus tamen castris: quæ posita trans Aufidum erant: liberius aquabant Romani: quia ripa ulterior nullū habebat hostium p̄sidiū. Annibal spem nactus loci ad equestrē pugnam: qua parte uirium inuictus erat: facturū copiam pugnādi consulibus dirigit acie: lacessitq; numidarū p̄cursatione hostes. Inde rursus sollicitari seditione militari ac discordia consulū romana castra: cū Paulus Aemylius Sempronii & Flaminiū temeritatē Varroni: Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exēplum Fabii obiiceret: testareturq; deos & hoīes: hic nullam penes se culpā esse: quod Annibal uelut suam cepisset Italiā: se constrictū a collega teneri: ferrum atq; arma iratis & pugnare cupiētibus adimmi militibus. Ille siq; proiectis ac proditis ad iconconsultam atq; improuidam pugnā legiōibus accideret se omnis culpæ exortem: oīs tamē euentus participē fore diceret: uideret: ut q̄bus lingua prōpta: ac temeraria esset: æque i pugnā uigerent manus. Dū altercatiōibus magis quā cōsiliis tps teritur. Annibal ex acie quā ad multū diei tenuerat instructā: cum i castra cæteras reciperet copias: numidas ad inuadendos ex minoribus castris romanorū aquatores trans flumen mittit. Quā inconditā turbā: cum uixdū in ripā egressi clamore ac tumultu fugassent: in stationē quoq; pro uallo locatā: atq; ipsas prope portas euecti sunt: id uero indignū uisum a tumultuario auxilio: iam et castra Romana terri: ut ea mō una causa: ne extēplo trāsirēt flumen: dirigerētq; aciem: tenuerit romanos: qd̄ sūma iperii eo die penes Paulum fuerit: itaq; Varro postero die cuius fors eius diei iperii erat: nihil cōsulto collega p̄positū signū dedit: instructisq; copiis flumē trāsiiuit: seq̄nte Paulo: q̄a magis nō p̄bare: q̄ nō adiuuare cōsiliū poterat. Trāsgressi flumē eas quoq; q̄s i castris minoribus habuerāt copias: suis adiungunt: atq; ita instructa acie in dextero cornu: id erat flumē p̄pius: Romanos eq̄tes locant: deinde pedites. Leuum cornu extremi eq̄tes sociorū: itra pedites ad mediū iūcti legiōibus romanis tenuerūt iaculatores: ex cæteris leuiū armorū auxiliis priā acies facta: cōsules cornua tenēt: Terētius leuū Aemylius dexterum. Geminio Seruilio media

pugna tuenda data. Annibal luce primabalearibus leuicq; armatura praemissa transgressus flumen: ut quosq; traduxerat ita in acie locabat. Gallos hispanosq; equites ppe ripa leuo i cornu aduersus romanu equitatu: dexteru cornu numidis eqtibus datu: media acie peditibus firmata ita ut afroq; utraq; cornua essent: interponerentur his medii galli atq; hispani: afros romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant armis: & ad Trebiam: caeterq; magna ex parte ad Trasimenum captis: Gallis hispanisq; scuta eiusdem fermae fere erat: dispares ac dissimiles gladii. Gallis plongi ac sine mucronibus: hispano punctim magis: qua caesim assueto petere hostem: breuitate habiles: & cu mucronibus: ante cetris armati. Is getiu harum habitus: tu magnitudine corporu: tum specie terribilis erat. Galli super umbilicu erant nudi. Hispani linteis ptextis purpura tunicis cadore miro fulgentibus: constiterant. Numeq; oium: qui tum peditum equitumq; in acie stetero illum feru uidelicet qdragita peditu millia decem equitu. Duces cornibus praerat: sinistru Asdrubal: dextere regebat Maharbal: media acie Annibal ipse cum fratre Magone tenuit solus: seu de idustria ita locatus: seu qd forte ita stado popportune utriq; parti obliquus erat. Romanis i meridiem: poenis i septentrione uersis: uentus: que Vulturnu icolae regionis uocat: aduersus Romanos coortus: multo puluere i ipsa ora uoluendo: pspertum ademit: clamore sublato procursum ab auxiliis: & pugna leuibus primu armis comissa: deinde equitu galloq; hispanoruq; leuu cornu cu dextero romano cooccurrit minime eqstris more pugnae: frotribus. n. aduersis coocurrendum erat: qa nullo circa ad euagandu relicto spatio: hic amnis: hic peditu acies claudebat idirectu utriq; nitentes: stantibus ac confertis: postremo turbatis eqs: uir uiru amplexus detrahebat aequo: pedestre magna ia ex parte certamen factum erat: acrius tamen: qua diutius pugnatu: pulsicq; romani eqtes terga uerterunt: sub equestris finem certaminis coorta est peditu pugna: primo & uiribus & ais pares constabant ordines gallis hispanisq;. Tadem romani diu ac saepe consilio agitabant: qua frote acieq; densa ipellerent hostiu cuneu nimis tenuem: eoq; parum ualidu a caetera pminentem acie: ipulsis deinde: ac trepide referetibus pedem instere: ac tenore uno p praiceps pauore fugientiu agme i media primu aciem illati: postremo nullo restente: ad subsidia afroq; perueneru: q utriq; reductis alis constiterant: mediicq; galli: hispanicq; steterunt aliqtum prominete acie: qui cuneus ut plus aequauit frotem primum: deinde nitendo et sinu i medio dedit. Afri circa ia cornua uim fecerat: irruetibusq; icaute i mediu romanis circudedere alas: mox cornua extendendo clausere & a tergo hostes: hic romani defuncti neqcq; praelio uno: omissis gallis hispanisque: quorum terga cicerant: etiam aduersus afros pugnam ieunt: no tantum eo iniquam quod iclusi aduersus numidas circufusos: sed etiam quod fessi cu recentibus ac uegetis pugna bat: iam & i sinistro cornu romano: ubi sociorum eqtes aduersus numidas steterant: confertum praeliu erat: segne primo: & a punica ceptu fraude. Quigenti ferme milites numidae praeter consueta arma taelaq; gladios occultos sub lorice habentes specie transfuga: cum ab suis parmas post terga habentes adeqtassent: repente ex equis defiliunt: parmiscq; & iaculis ante pedes hostium proiectis i mediam acie accepti: ducticq; ad ultimos cosidere a tergo iubentur: ac dum praelium ab omni parte confertur: geti manserunt. Posteaqua omniu oculos: animosq; occupauerat certame: tum arreptis scutis: qua passim iter aceruos caesorum corporum strata erant: uersam adoriuntur romanam aciem: tergaq; ferietes: ac poplites caedentes strage ingente dederunt: ac maiore aliquato pauorem ac tumultu fecerunt. Cu alibi terror ac fuga: alibi pertinax i mala iam spe praeliu eet: Asdrubal: qui ea parte praerat: subductos ex media acie numidas: quia se gnis eorum cu aduersis pugna erat: ad persequendos passim fugientes mittit. Hispanos & gallos pedites: afri iam prope fessis caede magis qua pugna adiungit. Parte altera pugnae Paulus: qq; primo statim praelio funda grauiter ictus fuerat: tamen & occurrit saepe cu confertis Annibali: & aliquot locis praeliu restituit: protegentibus eum equitibus romanis: omissis postremo equis: quia consulem ad regendum equum uires deficiebant: cum denunciante cuidam iussisse consulem ad pedes descendere equites: dixisse Annibalem ferunt: quam mallem uinctos mihi traderent equites. Tum pedestre praelium: quale ia haud dubia hostium uictoria fuit: cum uicti mori i uestigio mallent: quam fugere: uictores: morantibus uictoria irati trucidarent: quos pellere non poterant: pepuleru tamen iam paucos superatos: & labore ac uulneribus fessos: inde dissipati oes sunt: equosq; ad fuga: q poterant: repetebant. Gn. Lentulus: tri. mili. cum praeteruehens equo sedentem in saxo cruore oppletum consulem uidisset. L. Aemylii inquit: Que unu infontem culpae cladis hodiernae dii respicere debent: cape hunc equum: dum & tibi uirum aliquid superest: comes ego te tollere possum ac protegere: ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris: etia sine hoc lachrymae satis luctusq; est. Ad ea consul: tu quidem. Gn. Corneli maeste uirtute esto: sed caue frustra miserado: exiguum tepus e manibus hostiu euadendi absumas. Abi: nuncia publicae patribus urbem Roma muniant: ac priusq; hostis uictor adueniat: praesidiis firment: priuatimq;. Q. Fabio: Aemyliu praepotere eius memorem extitisse: & uixisse: & adhuc mori: & tu me i hac strage militu meoq; patere expirare: ne ut reus inteream: causaq; consulatus accusator collegae existat: ut alieno crimine innocentia meam protegam. Hac exigente prius turba fugientiu ciuiu: deinde hostes opprefere consule: ignorantes quis eet: obrueruntq; taelis: Lentulu in tumulu abripuit equus: tum ide effusa fugiunt. Septe millia hominu i minora castra decem in maiora: duo ferme i uicum ipsum Cannas pfugerunt: q extemplo a Cartalone: atq; equitibus nullo munimeto tegente uicu circuenti sunt. Consul alter seu forte: seu consilio nulli fugientiu infestus agmini: cu quinquaginta fere equitibus Venusiam profugit quadraginta millia peditum: duo millia septingenti equites: & tanta ciuiu sociorumq; pars caesi dicuntur. In his alter consulum. Quaestores. L. Acilius: & L. Furius Bibaculus. xxi. de tribu. mili. consulares

punctim
magis
q; caesim

Punica
acies

Romanus
equestris
tatus
fundis

Atq; numidae
fraude

L. Aemylii
uerba
ad paulu
consulem

Numero
caesorum
ad Cannas

TERTIAE DECADIS

Quot i pugna capti

Tuditai nocturna eruptione per hostes

Maharbalis uerba ad Annibalem

Art. fortitudinis exempla in Ro.

Octo millia hostium ad Cannas causa Paulae Cannusinae foeminae in Ro. liberalitas P. Furii Philus in Scipione est. Art. in dol

quidam p̄toriiq; adilitii inter eos. Gn. Seruilus: & C. Minutius Numatius: qui magister equitū priore anno aliquot diebus antefuerat. lxxx. p̄terea senatores: aut q̄ eos magistratus gessissent: unde ī senatū legi deberēt: cū sua uoluntate in legionibus milites facti eēt. Capta eo p̄lio tria millia peditū: & equites trecenti dicunt. Hęc ē pugna cānensi clade nobilitata: par cætera alliensis: utq; illa iis: quæ post pugnam accidere: leuior: q̄a ab hoste cessatū est: sic strage exercitus grauior: fœdiorq; fuit fuga: nāq; ad Alliam fuga sicut urbē pdidit: ita exercitū seruauit: ad Cānas fugiētē consulē uix q̄nquaginta secuti sunt: alterius morientis prope totus exercitus fugit. Binis ī castris cū multitudo semiermis sine ducibus esset: nuncium: qui maioribus præerat: mittit: dū prælio deide ex læticia epulis fatigatos quies nocturna hostes p̄meret: ut ad se trāsiret: uno agmine Cānusiū abituros esse. Eā sniam alii totā aspernari cur. n. illos: q̄ ad se accersant: ipsos nō uenire: cū æque cōiungi possent: q̄a uidelicet plena hostiū oīa in medio essent: & alioq; quā sua periculo corpora rāto mallent obicere. Aliis nō tam snia displicere: quā aiūs deesse. P. Sempronius Tuditanus tri. mili. Capi ergo: mauultis: inqt: ab auarissimo & crudelissimo hoste: a stimariq; capita uestra. & exq̄i pretio ab interrogātibus romanus ciuis sis: an latinus socius: ut ex tua contumelia & miseria alteri honos quærat: nō tibi: nō uos q̄dē. L. Aemylus: q̄ se bene mori: quā turpiter uiuere maluit & tot fortissimorū uiroꝝ: q̄ circa eū cumlati iacent similes estis: sed anteq̄ opprimat lux: maioraq; hostiū agmina obsepianter iter: p̄ hos: q̄ inordinati atq; incōpositi obstrepūt: porta erumpamus ferroq; atq; audacia iter fiat: quis per cōsertos hostes cuneo q̄dē hoc lassum atq; solutū agmen: ut nihil obstet: trāsibimus. Itaq; ite mecū: q̄ & uosmetipsos: & remp. saluā uultis. Hęc ubi dicta dedit: stringit gladium: cuneoq; facto p̄ medios uadit hostes: & cū ī latus dexterū: quod patebat: numidæ iacularent: translatis in dexterā partē scutis: in maiora castra ad tria millia & sexcetos euaserūt: atq; inde p̄tinus alio magno agmine adiuncto. Cānusiū icolumes pueniunt. Hęc apud uictos magis ip̄etu aiorum: quē igeniū suum cuiq; aut sors dabat: quā ex cōsilio ip̄soꝝ: aut imperio cuiusq; agebantur. Annibali uictori cū cæteri circūfusi gratularent: suaderentq;: ut rāto p̄functus bello: diei q̄d reliquū eēt: noctisq; isequentis quietē & ipse sibi sumeret: & fessis daret militibus. Maharbal p̄fectus equitū minime cessandū ratus: imo ut quid hac pugna sit actū: scias: die quito: inqt: uictor ī Capitolio epulaberis: sequere cū egte: ut prius te uenisse: q̄ ueturū sciāt. Præcedant. Annibal inqt: inimici: læta res ē: sed uia maior: quā ut eam statim capere animo possim: itaq; uolūtate se laudare Maharbalis ait: ad cōsiliū p̄nsandum tps̄ opus esse. Tū Maharbal: nō oīa eidem dii dedere. Vincere scis Annibal: uictoria uti nescis. Mora eius diei satis creditur salutū fuisse urbi: atq; ip̄erio. Postero die ubi primū illuxit: ad spolia legēda fœdaq; ēt hostibus spectādā stragem isistunt: iacebāt tot romanorū millia pedites & eqtes passim: ut quē cuiq; sors aut pugna iunxerat aut fuga: assurgētes quidē ex strage media cruenti: quos stricta matutino tēpore excitauerāt uulnera: ab hoste oppressi sunt: quosdā & iacetis uiuos succis foeminibus poplitibusq; inuenerūt nudātes ceruicē iugulūq; & reliquū sanguinē iuitantes haurire. Inuēti sunt qdā: mersis ī effossam terrā capitibus: quos sibi ipsos fecisse foueas: obruētes ora subiecta: superq; humo iniecta iterclusisse spiritū apparebat. Præcipue cōuertit oēs subtractus numida mortuo sup̄ icumbenti romano uiuus: naso auribusq; laceratis: cū manibus ad capiendū tælū iutilibus ī rabiem ira uersus: laniādo dētibus hostē expirasset. Spoliis ad nutum delectis. Annibal ad minora ducit castra oppugnāda: & oīum primum brachio fluminis obiecto: eos excludit. Cæterq; ab oibus labore: uigiliis: uulneribus: ēt fessis maturior ip̄soꝝ spe' deditio ē facta: p̄cti ut arma atq; equos traderēt: ī capita romana tricenis nūmis q̄drigatis: ī socios ducenis: ī seruos cētēnis: & eo p̄tio perfoluto cū singulis obirent: uestimētis: ī castra hostis acceperūt: traditiq; ī custodiā oēs sunt: sed seorsum ciues: sociiq;. Dum ibi tps̄ teritur: iterea cū ex maioribus castris: quibus satis uiriū aut animi fuit: ad quattuor millia hominū & cc. equites: alii agmine: alii palantes passim p̄ agros: q̄d haud minus tutū erat. Cannusiū pfugissent: castra ipsa a sauciis & timidis eadē conditione: qua altera tradita hosti. Præda igens parta ē: & præter equos uirosq;: & siquid argēti: q̄d plurimū in faleris equorū erat: nā ad uescēdū factū perexiguo utiq; militātes utebātur: oīs cætera p̄da diripiēda data ē. Tum sepeliēdi causa in unū corpora suoꝝ conferrī iussit. Ad octo millia dicunt fuisse fortissimorū uiroꝝ. Consulē conḡsitū sepultumq; qdā auctores sunt. Eos q; Cānusiū pfugerant: mulier Paula noiē Busa genere clara diuitis: mœnibus tantū: tectisq; a Cānusinis acceptos frumēto ueste uiatico ēt iuuuit. Pro qua ei munificentia postea bello p̄fecto a senatu honores habiti sunt. Cæterq; cū ibi tribuni militū quattuor eēt: Fabius Maximus de legione prima: cuius pater priore anno dictator fuerat: & de legione secūda. L. Publius Bibulus: & P. Cornelius Scipio: & de legione tertia. Ap. Claudius Pulcher: q; p̄xime ædilis fuerat: oīum cōsensu ad P. Scipionē admodū adolescētē: & ad Ap. Claudiū sūma ip̄erii delata ē: q̄bus cōsultātibus iter paucos de sūma regē nūciat. P. Furius Philus cōsularis uiri filius: neq; eos cōsultare: spē pditā fore: dēstitutā: cōploratq; rē eē publicā. Nobiles iuuenes quosdā quoꝝ p̄cipē. L. Ceciliū Metellū mare ac naues spectare: ut deserta Italia ad regū aliquē trās fugiat. Quod malū: p̄terq; qd̄ atrox sup̄ tot clads: ēt nouum: cū stupore ac miraculo torpidos defexisset: & q̄ aderāt: cōciliū aduocādū de eo cēserēt. Negat cōfiliū rē eē Scipio: iuuenis fatalis dux huiusce belli audēdū atq; agēdū: nō cōsultādū eē ī tāto malo ait. Irēt secū extēplo armati: q̄ rēpublicā saluā uellēt: nusq; ueris: q̄ ubi ea cogitētur: hostiū castra eē. Pergit deide ire seq̄ntibus paucis ī hospitium Metelli. Et cū cōciliū ibi iuuenū: de q̄bus allatū erat: iuenisset: stricto sup̄ capita cōsultātū gladio: Ex mei ai snia: inqt: iuro: ut ego rēpublicā nō deserā: neq; aliū ciuē romanū deserere patiar: si sciēs fallo: tū me Iuppiter Optie: Maxie domū: familiā: rēq; meā pessimus leo afficiat. In hęc uerba. L. Cecili iures: expostulo: cæteri: q; adestis: q; nō iurauerit: ī se hunc gladium strictum eē sciāt.

Haud secus pauidi: q̄ si uictorem Annibalē cernerent: iurant oēs: custodiendosq̄ semetipsos contra Annibalē Scipioni tradunt. Eo tēpore: quo hęc Cannusii agebant. Venusiam ad consulē ad quattuor milia peditū equitūq̄: qui sparsi fuga per agros fuerāt præuenere. Eos oēs uenusini per familias benigne accipiēdos curandosq̄ cū diuisissent: in singulos equites togas: & tunicas: & quadrigatos nummos qui nosuicenos: & peditibus denos: & arma: quibus deerant: dederūt: cæteraq̄ publice ac priuatim hospita liter facta: certatūq̄: ne a muliere cannusina populus uenusinus officiis uinceret. Sed in se grauius onus Busæ multitudo faciebat: & iam ad decē millia hominū erant: Appiusq̄ & Scipio: posteaquā incolumē esse alterū consulē acceperūt nūcium extēplo mittunt: quātā secū peditum equitūq̄ copiæ essent: sciscitātūq̄ simul utrū Venusiam adduci exercitū an manere iuberet Cannusii. Varro ipse copias Cannusii traduxit. Et iam aliqua species cōsularis exercitus erat: mœnibusq̄ se teneri & si nō armis ab hoste uidebatur defensuri. Romam ne has quidē reliquias superesse ciuium: sociorūq̄: sed occidione occisum cū duobus exercitibus consulē: deletasq̄ oēs copias allatū fuerat. Nunquā salua urbe tantum pauoris tumultusq̄ intra mœnia romana fuit. Itaq̄ succumbā oneri: neq̄ aggrediar narrare: quæ differendo minora uero facio. Consule exercitūq̄ ad Trasimenū priore āno amisso: nō uulnus super uulnus: sed multiplex clades cū duobus consulibus consulares exercitus amissi nunciabatur: nec ulla iam castra romana: nec ducem: nec militē esse: Annibalis Apuliā: & Samniū esse: ac iam prope totā Italiā factam: nulla p̄fecto alia gēs tanta mole cladis nō obruta esset. Comparē cladē ad Egadis insulā carthaginensium prælio nauali acceptā: qua fracti Sicilia: ac Sardinia cessere: hinc uectigales: ac stipendiarios fieri se passi sunt aut pugnam aduersam in Africā: cui postea Annibal succubuit: nulla ex parte comparādæ sunt nisi: q̄ minore aīo latæ sunt. P. Furius Philo: & M. Pomponius prætores senatū in curiam. Hostiliam uocauerunt: ut de urbis custodia consulerēt: neq̄. n. dubitabant: deletis exercitibus: hostem ad oppugnandam Romā: quod unū opus belli restaret: uenturū. Cum malis sicut ingētibus: ita ignotis: nec cōsiliū quidem satis expedirēt: obstreperetq̄ clamor lamentatiū mulierū: & nōdum palam facti: uiui: mortuiq̄ p̄ oēs p̄ene domos cōplorarentur promiscue. Tum Fabius Maximus censuit equites expeditos: & Appia & latina uia mittendos: qui obuiā euntes percūctarentur: aliquos profectos ex fuga passim dissipatos forte referant: quæ fortuna consulū atq̄ exercituum sit: & siquid dii imortales miseri imperii reliquū romano nomini fecerint ubi eæ copiæ sint quo se Annibal post præliū contulerit: quid paret: q̄d agat acturusq̄ sit: hęc exploranda: noscēdaq̄ per impigros iuuenes esse. Illud per patres ipsos agendū: quoniam magistratuū p̄p̄ sit: ut tumultū ac trepidationē in urbe tollant: matronasq̄ publico arceat cōtineriq̄ intra suū quamq̄ limen cogant: cōploratus familiæq̄ coerceat: silentiū per urbē faciant. Nuncios regū oīum ad prætores deducēdos curent: suæ quisq̄ fortunæ domi auctore expectet. Custodes p̄ terea ad portas ponāt: q̄ phibeāt quēq̄ egredi urbem: cogātq̄ hoīes: nullam nisi urbe salua ac mœnibus salutem sperare: ubi cōticuerit tumultus recte tum in curiam patres reuocādos: cōsulēdumq̄ de urbis custodia esse. Cum in hęc sniam pedibus oēs isent: summotaq̄ foro magistratus turba patres diuersi ad sedādos tumultus discessissent: tum demū litteræ a Terentio cōsule allatæ sunt. L. Aemylium cōsulē: exercitūq̄ cæsum: euasumq̄ se esse reliquias tātæ cladis uelut ex naufragio colligētem: ad. x. millia militum ferme esse incōpositos: inordinatorūq̄. Sed Annibalem nūc sedere ad Cannas: in captiuorū pretiis p̄da alia: nec uictoris aīo: nec magni ducis more metiētem. Tum priuatæ quoq̄ domos clades uulgatæ sunt: adeoq̄ totam urbem compleuit luctus: ut sacrum anniuersariū Cæreris intermissum sit: q̄a nec lugentibus id facere est fas: nec ulla ī illa tempestate matrona luctus expers fuerat. Itaq̄ ne ob eandem cām alia quoq̄ sacra publica: aut priuata defererent: senatuscōsulto diebus. xxx. luctus est finitus. Cæterum cum sedato urbis tumultu reuocati in curiam patres essent: aliæ īsuper ex Sicilia litteræ allatæ sunt a. T. Octacilio p̄p̄tore regnum Hieronis classē punica uastari: cui cum opem īplorati ferre uellēt: nūciatum iis est: aliam classē ad Egadis īsulam stare paratā īstructāq̄: ut ibi se uerſo ad tuendam syracusanam oram p̄eni sensissent. Lylibæum extēplo: prouinciāq̄ aliam romanā aggredierent. Itaq̄ classē opus esse: si regē socium Siciliaq̄ tueri uellēt. Litteris cōsulis p̄torisq̄ lectis. Ap. Claudiū: qui classi ad Hostiā stanti p̄fesset: Cannusium ad exercitū mittēdum: scribēdumq̄ cōsuli: ut cum p̄tori exercitum tradidisset: primo quoq̄ tempore: quātum per commodum reipu. fieri posset: Romā ueniret.

Territi ēt sup̄ raras clades: tum cæteris p̄digiis: tū q̄d duæ uestales eo āno Opimia: atq̄ floronia stupri cōp̄tæ: & altera sub terrā: ut mos est: ad portā collinā necata fuerat: altera sibimetipsā mortē cōsciuerat. L. Cantilius scriba p̄tificū: quos nūc minores p̄tifices appellāt: q̄ cum Floronia stuprū fecerat: a p̄tifice maxio eo usq̄ uirgis in comitio cæsus erat: ut iter uerbera expiraret: hoc nefas cū iter tot ut fit: clades in p̄digiū uersum eēt: decēuiri libros adire iussi sunt. Et Fabius Pictor Delphos ad oraculū missus sciscitātū: q̄bus p̄cibus supplicatiōibusq̄ deos possent placare: & q̄nam futura finis tātis cladibus foret. Interī ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta: iter q̄ gallus & gallina: græcus & græca in foro boario sub terra uiui dimissi sunt: in locū saxo cōsectū ibi ante ostiis humanis minime romano sacro ibutum. Placatis satis: ut rebant̄ deis. M. Claudius marcellus ab Hostia milites: quos ī classē scriptos habebat: Romā: ut urbi p̄sidio eēt: mittit: ipse legione classis: ea tertia legio erat: cum tri. mili. Theanum Sidicinum præmissa classē: tradita. P. Furio collegæ paucos post dies: Cannusium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate patrum. D. Iunius: &. T. Sempronius magister equitum delectu edicto iuniores ab annis. xvii. & quosdam prætextatos scribunt. Quattuor ex his legiones: & mille equites effecti: item ad socios latinumq̄ nomen ad milites ex formula accipiendos mittūt: arma

Quātæ
copiæ
cānensi
pugnæ
sup̄ fue
runt

Varro
nis l̄fæ
ad sena
tum

opimia,
& Flo
ronia
Vesta
les ī ca
stri dā
natæ

Quot
legiōes
ro. con
scriptæ

TERTIAE DECADIS

tæla: alia parari iubent. Et hostiū spolia uetera detrahunt templis porticibusq;. Et aliā formam noui de lectus inopia liberorū capitum ac necessitas dedit. Octo millia iuuenū ualidorū ex seruitiis: prius sciscitantes singulos uellentne militare: empta publice armauerūt. Hic miles magis placuit cū pretio minore redimi: q̄ captiuorū copia fieret. Nāq; Annibal secundū tam p̄sp̄erā ad Cannas pugnam uictoris magis: q̄ bellū gerentis intētus curis: cū captiuis p̄ductis separatisc; sociis eos sicut āte ad Trebiam. Trasimēnūq; lacū benigne allocutus: sine pretio dimisisset: romanos quoq; uocatos: qd̄ nunquā alias antea miti satis sermone alloquit. Nō internitione ciuiū sibi esse cū romanis bellū de dignitate atq; imperio certare & patres uirtuti romanæ cessisse: & se id adniti: ut suæ inuicē simul foelicitati: & uirtuti cedatur: itaq; redimendi se captiuis copiā facere: pretiū fore in capita equiti quingenos quadrigatos nūmos: tricenos pediti: seruo centū. Quāquam aliquantū adiciebat equitibus ad id pretiū: quod pepigerant dedentes se: læti tamen quācunq; conditionē paciscēdi acceperūt: Placuit suffragio eorū decē eligi: q; Romā ad senatū irent: nec pignus aliud fidei acceptum: q̄ ut iurarent se redituros. Missus cū his Carthalo nobilis carthaginensis: qui si forte ad pacē inclinarent aīos: conditionē ferret. Cum egressi castris essent unus ex iis minime romani ingenii homo: uelut aliquid oblitus: iurisiurādi soluēdi causa cum in castra redisset: ante noctem comites assequit. Vbi eos Romā uenire nunciatū est. Carthalo ni obuiam lictor missus: qui dictatoris uerbis nunciaret: ut ante noctem excederet finibus romanis. Legatis captiuorū se natus ab dictatore datus est. Quorū princeps. M. Junius. P. C. inquit: nemo uestrū ignorat nulli unq; ciuitati uiliores fuisse captiuos: q̄ nostræ: ceteræ: nisi nobis plus iusto nostra placet causa: non alii unquā minus negligendi uobis: q̄ nos: in hostium potestate uenerunt: nō. n. in aciem per timorem arma tradidimus: sed cū prope ad noctem superstantes tumulis cesorū corporū: præliū extraxissemus in: castra recepimus nos: diei reliquum ac noctē insequentem fessis labore ac uulneribus uallum sumus tutati: postero die circumfessi ab exercitu uictore: aqua arcemur: nec ulla alia iam per confertos hostes erumpendi spes erat: nec esse nefas duceremus quinquaginta millibus hominum ex acie trucidatis nostrā: aliāque ex cannēs pugna romanū militē restare: tunc demū pacti pretiū: quo redēpti dimitteremur arma in quibus nihil iā auxilii erat hosti tradidimus. Maiores nostros quoq; acceperamus se a gallis auro redemisse: & patres nostros asperrimos illos ad conditionē pacis: legatos tamen ad captiuorū redimendorum gratiā Tarentū misisse: itaq; in Italia cum gallis: & ad Heracleā cū Pyrrho utraq; nō tam clade infamis: q̄ pauore & fuga pugna fuit. Cannēs campos acerui romanorū corporum tegunt: nec superfluum pugnae: nisi in quibus trucidandis ferrū: & uires hosti defecerunt. Sunt etiā de nostris quidā: qui nec in acie quidē refugerunt: sed præsidio castris relictis: cum castra traderētur: in potestatem hostium uenerunt. Haud equidē ullius ciuis: aut cōmilitonis fortunæ: aut conditioni inuideo. Nec premeo alium me extulisse uel uideri: ne illi qdē nisi uelocitatis pedū & cursus aliqd̄ p̄miū est: q; pleriq; iermes ex acie fugiētes nō priusq; Venusiā: aut Cānusiū cōstitērūt: se nobis merito p̄tulerūt: gloriatiq; sunt in se plusq; in nobis p̄sidii reip. Sed illis: ut bonis & fortibus uiris utemini: & nobis iā p̄mptioribus p̄ priā: qd̄ beneficio uestro redēpti atq; in patriā restituti fuerimus. Delectū ex oī aetate & fortia habetis: octo millia armari seruorū audio: nō minor numerus noster ē: nec maiori p̄tio redimi possumus: quam hi emunt. nā si cōferā nos cū illis: iniuriā romano nomini faciā. Illud ē in tali cōsilio uobis aiaduertēdum P. C. Cēseā: si tam duriores eē uelitis: qd̄ nullo nō merito faciatis: cui nos hosti relicturi sitis. Pyrrho uidelicet: q; nos hostiū numero habuit captiuos: an barbaro ac p̄eno: q; utrū auarior: an crudelior sit: uix æstimari p̄t. Si uideatis cathænas squallore: deformitatēq; ciuiū uestrorū: nō minus p̄fecto uos ea species moueat: quā si ex altera parte cernatis stratas cānensibus cāpis legiōes uas: itueri potestis sollicitudinē: & lachrymas in uestibulo curiæ stantiū cognatorū nostrorū expectatiūq; resp̄sum uestrū: cum in p̄ nobis proq; iis: q; absunt: ita suspensi ac solliciti sunt: quē censetis aīum ip̄orū eē quorū in discrimine uita libertasq; est: si mediūfudius ipse in nos mittis Annibal cōtra naturā suā eē uelit: nihil tamē nobis uita opus eē cēseamus: cū indigni ut a uobis redimeremur: uisi sumus. Rediere Romā quōdā remissia Pyrrho sine p̄tio capti: sed rediere cū legatis primoribus ciuitatis ad redimēdos sese missis. Redēā ergo in patriā trecētis nūmis nūc æstimatus ciuis. Suū qsq; habet aīum. P. C. Scio in discrimine eē uitam corpūq; meū magis me famæ piculū mouet: ne a uobis dānati: ac repulsi abeamus. neq; n. uos hoīes p̄tio pepcisse credēt. Vbi is finē fecit: extemplo ab ea turba: q; in comitio erat: clamor flæbilis est sublatus: manusq; ad curiā tendebāt orātes: ut sibi liberos: fratres: cognatos redderēt: Fœminas quoq; metus: ac necessitas turbæ huic uiroq; in foro imiscuerat. Senatus: sumotis arbitris cōsuli cæpit: ibi cū sentētiis uariare: & alii redimēdos de publico: alii nullā publicā ipensam faciēdā: nec p̄hibendos ex priuato redimi: si qbus argentū in p̄sentia deesset: dandā ex ærario pecuniā mutuā: p̄diis p̄dibusq; cauendū populo crescerēt. Tum. T. Mālius Torq̄tur: priscae ac nimis duræ: ut plærisc; uidebat: seueritatis: interrogatus snām ita locutus fert. Si tantū mō postulassent legati p̄ iis: q; in hostiū p̄tate sunt: ut redimerent: ullius sine isectatiōe eorū breui snām pegissem: qd̄. n. aliud: quā admonendi essetis: ut morē traditū a p̄ribus: necessario ad rē militare extēplo seruaretis. Nūc aut cū p̄pe gloriati sint: qd̄ se hostibus dediderit: p̄ferriq; nō captis mō in acie ab hostibus: sed ēt iis: q; Venusiā Cānusiūq; puenerunt: atq; ipsi. C. Terētio cōsuli equū censuerit: nihil uos eorū. P. C. Quæ illic acta sunt: ignorare patiar. Atq; utinā hæc: q; apud uos acturus sum Cānusiū apud ip̄m exercitū agerē: optimū testē ignauiae cuiusq; & uirtutis: aut unus hic sal tē adesset. P. C. Sépronius: quē si isti ducē lecuti eēt: milites hodie in castris romanis nō captiuis in hostiū p̄tate eēt: & cū fessis pugnādo hostibus: tū uictoria lætis: & ipsi plærisc; regressis in castra sua: noctem

Carthalo
Atf. ro.
ferocia
i rebus
et affli-
ctis

Oro ca-
ptiuorū
ad sena-
tum

T. Man-
lii oro
aduer-
sus Car-
p̄ritos

ad erumpendum liberam habuissent: & septa armatorum hominum erumpere est iter confertos hostes potuissent. Neque per se ipsi hoc facere conatis sunt: neque alium sequi uoluerunt. Nocte prope tota. P. Sempronius Tuditanus non destitit admonere adhortarique eos: dum paucitas hostium circa castra: dum quies: ac silentium esset: dum nox inceptum tegeret: se ducem, sequerentem: ante lucem peruenire in tuta loca: in sociorum urbes posse: sicut auorum memoria. P. Decius tri. milia in Samnio: Sicut nobis adolescentibus priori punico bello Calphurnius flamma: trecentis uoluntariis cum ad tumulum eos capiendum situm iter medio hostes duceret: dixit: Moriamur milites: & morte nostra eripiamus ex obsidione circueuntas legiones. Si hoc nec. P. Sepspronius diceret: nec uiros quidem: nec romanos uos duceret: si nemo tantae uirtutis existeret comes uiam non ad gloriam magis: quam ad salutem ferentem demonstraret: ducere se in patriam: ad parentes: ad coniuges ac liberos facit: ut seruemini: deest uobis animus. Quid si moriendum pro patria esset: faceretis? quinquaginta millia ciuium sociorumque circa hoc eo ipso die caesa iacent. si tot exempla uirtutis non mouent: nihil unquam mouebit: si tanta clades uobis uilem uitam non fecit: nulla faciet: & liberi: atque incolumes desiderate patriam: imo desiderate: dum patria est: dum ciues eius estis: sero nunc desideratis: diminuti capite: ab alienati iure ciuium: serui carthaginensium acti: pretio redituri estis eo: unde ignauia ac nequitia abiistis? P. Sepspronium ciuem nostrum non audistis arma capere: ac se iubentem sequi. Annibalem per uolopost audistis: castra prodi: & arma tradi iubentem. Quam ego ignauiam istorum accuso: cum scelus possim accusare: non enim modo sequi recusarunt benemouentem: sed obsistere ac retinere conati sunt: in strictis gladiis uiri fortissimi inertis sum mouissent: Prius inquam. P. Sempronio per ciuium agmen: quem per hostium fuit erumpendum: hos ciues patria desideret? Quorum: si caeteri similes fuissent: neminem hodie ex iis qui ad Cannas pugnauerunt: ciuem haberet. Ex millibus septem armatorum sexcenti extiterunt: qui erumpere audent: qui in patriam liberi atque armati redirent. Neque iis sexcenta millia hostium obstiteret: quam tutum iter duarum prope legionum agmini futurum censetis fuisse: haberetis hodie uiginti millia armatorum Cannas fortia fidelia. P. C. Nunc autem quemadmodum hi boni fidelesque: nam fortes ne ipsi quidem dixerint: ciues esse possunt: nisi quis credere potest fuisse: qui erumpentibus: quin erumperent: obsistere conati sint aut non iudicare eos tum incolumitati: tum gloriae illorum per uirtutem partem: cum sibi timore: ignauiaque seruitutis ignominiosae causam esse sciant: maluerunt in tentoriis latentes simul lucem atque hostem expectare: cum silentio noctis erumpendi occasio esset. Ad erumpendum e castris defuit animus: ad tutam fortiter castra animus habuerunt. Dies ac noctes aliquot obsessi armati se ipsi tutati uallo sunt: tandem ultima ausu passique: cum omnia subsidia uitae defuerint: affectisque fame uiribus: arma iam sustinere nequirent: necessitate magis humanis: quam armis uicti sunt. Orto soli hostis ad uallum accessit: ante secundam horam nullam fortunam certaminis experti tradiderunt arma: ac seipsos. Haec uobis ipsorum per biduum militia fuit. Cum acie stare ac pugnare decuerit: tum in castra refugerunt. Cum pro uallo pugnandum erat: castra tradiderunt: neque in acie: neque in castris utiles. Quos redimam: cum erumpere castris oportet: cunctamini: ac manetis. Cum manere: & castra tutari armis necesse est: & castra: & arma: & uos ipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos. P. C. censeo: quam illos dedendos Annibali: qui per medios hostis e castris eruperunt: ac per summam uirtutem se patriae restituerunt. Posteaquam Manlius dixit: quanquam patrum quoque pluresque captiui cognatione attingebant: praeter: exteplum: ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indulgentis: pecuniae quoque summa hostes mouit: quia nec aerarium exauire: magna iam summa erogata in seruos ad militiam emendos: armandosque: nec Annibalem maxime huiusce rei: ut fama erat: egentem locupletari uolebant. Cum triste responsum non redimi captiuos redditum esset: nouusque super ueterem luctus: tot iactura ciuium: adiectus esset: cum magnis flatibus questibusque ad portam legatos profecti sunt. Unus ex iis domum abiit: quod fallaci redditu in castra iureiurando se exoluisset. Quod ubi innotuit: relatumque est ad senatum: omnes sensuerunt: comprehendendum: & custodibus publice datis deducendum ad Annibalem. Est & alia de captiuis fama. x. primos uenisse de eis cum dubitatum in senatu esset: admitterentur in urbem nec ne: ita admissos esse: ne tamen iis senatus daretur. Morantibus deinde longius omnium spe: alios insuper tres legatos uenisse. L. Scribonium: &. C. Calphurnium: &. L. Manlium. Tum demum ab cognato Scriboni. Tri. Ple. de redimendis captiuis relatum esse. Nec censuisse redimendos senatum: & nouos legatos tres ad Annibalem reuertisse: decem ueteres remansisse: quod per causam recognoscendi nomina captiuorum ad Annibalem ex itinere regressi: religione exoluissent sese: De iis dedendis magna contentione actum in senatum esse: uictosque paucis sententiis: qui dedendos censuerint. Caeterum proximis censoribus adeo omnibus notis ignominiosaque confectos esse: ut quidam eorum mortem sibi ipsi consciuerint. Caeteri non foro solum omni deinde uita: sed prope luce ac publico cauerunt. Mirari magis adeo discrepare inter auctores: quam quid ueri sit: discernere queas. Quamto ante maior haec clades superioribus cladibus fuerit: uel ea res iudicio est qui sociorum ad eam diem firmi steterant: tum labare coeperunt: nulla profecto alia de re: quam quod desperare coeperat de imperio. Defecere autem ad poenos hi populi: attellani: calatini: hirpini: appulorum pars samnites propter poenos: brutii omnes: lucani: praeter hos furrerini: & graecorum omnis ferme ora: tarentini: metapontini: crotonenses: locrique: & cisalpini omnes galli. Nec tamen haec clades defectioesque sociorum mouerunt: ut paucis unquam mentio apud romanos fieret: neque ante consulis romani aduentum: nec posteaquam is rediit: renouauitque memoriam acceptae cladis. Quo in tempore ipso adeo magno animo ciuitatis fuit: ut consuli Varroni ex tanta clade: cuius ipse maxima causa fuisse: redeuntium & obuiam iterum frequenter ab omnibus ordinibus sit: & gratiae actae sunt: quod de re. non desperasset. Qui si carthaginensium ductor fuisse: nihil recusandum supplicii foret.

Præclara Ro. faciora

Manlii per oro

Populi qui ad poenos post carnem pugnam defecerunt Varroni ro. Venienti gratiae actae sunt

TERTIAE DECADIS
TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE SECVNDO BELLO PVNI. LIBER TERTIVS.

Trebius

Neapolim

Egeas

Pacuius Calanius

Art. Pacuii Campani artem

Art. exitum Pacuii consilium



ANNIBAL Post cannensem pugnam castra capta ac direpta cōfestim ex Appulia in Samnium mouerat: accitus in hirpinos a Statio pollicente se Consam traditurum. Consanus erat Trebius nobilis inter suos: sed prae mebat eum consanorum factio familiae per gratiam romanorum potentis. Post famam cannensis pugnae uulgatumque crebris sermonibus aduentum Annibalis: cum Consam urbem excessisset: sine certamine tradita urbs poeno: praesidiumque acceptum est. Ibi praeda omni: atque impedimentis relictis: exercitu partito: Magonem regionis eius urbes aut deficientes a romanis accipere: aut detrectantes cogere ad defectionem iubet: ipse per agrum campanum mare inferum petit oppugnaturus Neapolim: ut urbem maritimam haberet. Vbi fines neapolitanorum intravit: numidas partim in insidiis & praeruptis cauae sunt uiae: sinusque occulti: quacumque arte poterat: disponit: alios praese actam praedam ex agris ostentantis: obequitare portis iussit: in quos: quia nec multi & incopositi uidebantur: cum turma equitum erupisset: a cedentibus consulto tracta in insidias ac circumueta est nec euasisset quisquam in mare propinquum: & haud procul littore naues piscatoriae praeruptis conspectae peritis nandi dedissent effugium: aliquot tamen eo praelio nobiles iuuenes caesi sunt: iter quos & Egeas praefectus equitum imperatius cedentes secutus cecidit. Ab urbe oppugnata poenum abstinuere conspecta moenia haud quam propterea oppugnanti. Inde Capuam flectit iter luxuriantem longa felicitate: ac indulgentia fortunae maxime tamen iter corrupta omnia licentia plebis sine modo libertatem exercentis senatum & sibi & plebi obnoxium fecerat Pacuius Calanius nobilis inde ac popularis homo: ceterum malis artibus nactus opes: is cum eo forte anno: quo res male gesta ad Trasimenum est in summo magistratu esset iadiu infestam senatui plebem ratus: pro occasione uouendi res: magnam ausuram facinus: ut si in ea loca Annibal cum exercitu uictore uenisset: trucidato senatu traderet Capuam poenis improbus homo: sed non ad extremum perditus: cum mallet icolumi: quam euersa repu. dominari nullam aut icolumem esset orbatam publico consilio crederet: rationem iniit: qua & senatum seruaret: & obnoxium sibi: ac plebi faceret. Vocato senatu: cum sibi defectionis a romanis consilium placitum nullo modo: nisi necessarium fuisset: profatus esset: quippe qui liberos ex Appii Claudii filia haberet filiamque Romae nuptum Liuius dedisset: ceterum maiorem multo rem magisque timendam istare: non enim per defectionem ad tollendum ex ciuitate senatum plebem spectare sed per eadem senatus uacuum repu. tradere Annibali: ac poenis uelle eo: se periculo posse liberare eos si permittant sibi: & certaminum in repu. obliti credat. Cum oes uicti metu permitterent. Claudam in curia uos: inquit: & tanquam & ipse cogitati facinoris particeps: approbando consilia: quibus nequicquam aduerferer: uiam saluti uestrae iueniam: in hoc fidem: quam uultis ipsi accipite. Fide data egressus claudam iubet: praesidiumque in uestibulo reliquit: nequis adire curiam iniussu suo: neue inde egredi possit. Tunc uocato ad concionem populo: quod saepe: inquit: optastis campani: ut supplicii sumendi uobis ex improbo: ac detestabili senatu potestas esset: eam nunc non per tumultum expugnantes domos singulorum: quas praesidiis clientium seruorumque tuentur cum summo uestro periculo: sed tutam habetis ac liberam Clausos oes in curiam accipite solos inermes: nec quicquam raptim: aut forte temere egeritis: de singulorum: capite uobis ius sniae dicenda faciam: ut quas: quoscumque emeritus est: poenas pedat. Sed ante oia ita uos irae indulgere oportet: ut potiore ira salutem: atque utilitatem uestram habeatis. Et enim hos: ut opinor: odistis senatores: nam senatum omnino non habere non uultis: quippe aut rex quod abominandum: aut quod unum liberae ciuitatis consilium est: senatus habendus est. Itaque duae res simul agenda sunt uobis: ut & ueterem senatum tollatis: & nouum cooptetis: citari singulos senatores iubebo: de quorum capite uos consulatum: quod de quoque cesueritis fiet: sed prius in eius locum uirum fortem: ac strenuum nouum senatorem cooptabitis: quam de noxio supplicium sumat. Inde consedit: & noibus in urnam coniecit: citari: quod primum sorte nomen excidit: ipsumque e curia produci iussit. Vbi auditum est nomen: malum & improbum pro se quisque clamore: & supplicio dignum. Tum Pacuius: uideo: quae sententia de hoc sit data: eiicitur pro malo: ac improbo: bonum senatorem: & iustum eligite. Primo silentium erat inopia potioris subiiciendi. Deinde: cum aliqui omnia uerecundia quempiam nominassent: multo maior extemplo clamor oriebatur: cum alii negaret nosse: alii nunc probra: nunc humilitatem: fordidamque inopiam & pudenda artis: aut quod genus obiceret. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore est factum: ut ipsius poenitere homines appareret. Quem autem in eius substitueret locum deesse: quia nec eosdem nominari attinebat nihil aliud: quam ad audienda probra nominatos: & multo humiliores: obscurioresque ceteri erant eis: quod primi memoriae occurebant: ita dilabi homines notissimum quodque malum maxime tolerabile dicentes esse iubentesque senatum ex custodia dimitti. Hoc modo Pacuius cum obnoxium uitae beneficio senatum multo sibi magis: quam plebi fecisset: sine armis iam omnibus concedentibus dominabatur. Hic senator res omnia dignitatis: libertatisque memoria plebem affari: salutare: benigne iutare: apparatus accipere epulis: eius causas suscipere ei semper parati adesse: secundum eam in litem iudicem dare: qui magis popularis aptiorque in uulgi fauori conciliando esset. Iam uero nihil in senatu actum aliter: quam si plebis ibi esset concilium. Prona semper ciuitas in luxuriam: non ingeniorum modo uitio: sed affluenti copia uoluptatum: & illecebris omnis amoenitatis maritimae: terrestriisque: tum uero ita obsequio principum: & it

centia plebis lasciuere: ut nec libidini: nec sumptibus modus esset: ad contemptum legum: magistratum: senatusque accessit: tum post Cannensem cladem: ut cuius aliqua erat uerecundia: romanum quoque imperium spernerent. Id modo erat in mora: ne id extemplo efficerent: quod connubium uetustum multas familias claras: ac potentes romanis miscuerat: & quod: cum militarent aliquot annos apud romanos maximum uinculum erant: trecenti equites nobilissimus quisque campanorum in praesidia sicularum urbium delecti a romanis ac missi. Horum parentes cognatique aegre peruicerunt: ut legati ad consulem romanum mitterentur: missi nondum Canusium profectum: sed Venusiam cum paucis: ac semiermibus consulem inuenerunt: quae poterat maxime miserabilem bonis sociis: superbis atque infidelibus: ut erant campani: spernendum: & auxit rerum suarum: suique contemptum consul nimis detegendo cladem: nudandoque. Nam cum Legati aegre ferre senatum populumque campanum: aduersi quicquam euenisse Romanis nunciassent: pollicerenturque omnia: quae ad bellum opus essent: Morem: inquit: magis loquendi cum sociis seruaistis campani: iubentes: quae opus essent ad bellum imperitare: quam conuenienter ac praesentem fortunae nostrae statum locuti estis. Quid enim nobis ad Cannas relictum est: ut quasi aliquid habeamus: id quod deest expleri a sociis uelimus: pedites uobis imperemus: tanquam equites habeamus: pecuniam deesse dicimus: tanquam ea tantum desit: nihil ne quod suppleremus quidem nobis reliquit fortuna: legiones: equitatus: arma: signa: equi: uiri que: pecunia: commeatus aut in acie: aut in ruinis postero die amissis castris perierunt: itaque non iuuetis nos in bello oportet campani: sed cum poeno bello pro nobis suscipiatis. Veniat in mentem: ut trepidos quondam maiores uestros intra moenia compulsos: nec sanam nitem modo hostem: sed fidicinum pauentes receptos in fidem apud Satriculam defenderimus. Coeptum propter uos cum samnitibus bellum per centum prope annos uariante fortuna euentum tulerimus: Adiciate ad haec: quod foedus aequum dedimus: quod leges: nostras: quod ad extremum: id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit: ciuitatem nostram magnae parti uestrum dedimus. comunicauimusque uobiscum. Itaque comem uos hanc cladem: quae accepta est credere campani oportet: communem patriam tuendam arbitrari esse. Non cum samnite aut ethrusco res est: ut cum a nobis ablatum sit. in Italia tamen imperium maneat. Poenus hostis: ne Africae quidem indigena ab ultimis terrarum oris: freto Oceani. Herculisque columnis expertem omnis iuris: & conditionis & linguae prope humanae militem trahit. Hunc natura immitte: moribusque ferum: insuper dux ipse efferauit: pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis: & quod proloqui etiam piget ueluti humanis corporibus docendo: hos infandis pastos epulis: quos contingere et nefas sit uidere atque habere domos: & ex Africa: & a Carthagine iura petere: & Italiam numidarum & maurorum pati prouinciam esse: cui non genito modo in Italia detestabile sit: Pulchrum erit campani prolapsam cladem romanum imperium uestra fide: uestris uiribus retentum ac recuperatum esse. Triginta millia peditum: quattuor equum arbitror ex Campania uos scripsisse: iam pecuniae affatim esse frumentique: quae si parae fortunae uestrae habetis fidem: nec Annibal se uicisse sentiet: nec romani se uictos esse. Hac oratione consulibus dimissis redeuntibusque domum legatis: unus ex iis Virius Subius tempus uenisse ait: quo campani non agrum solum a romanis quodammodo per iniuriam adeptum recuperare: sed imperio Italiae potiri possint: foedus. n. cum Annibale quibus uelint legibus facturos: neque contra uersam fore: quoniam ipse confecto bello Annibal uictor in Africa hic decedat: exercitumque deportet: Italiae imperium campani relinquat. Haec uirio loquente assensu omnes: ita renunciant legationem uti deletum omnibus uideretur nomen romanum: extemplo plebes ad defectionem ac pars maxima senatus spectare. Extracta tamen auctoritatibus seniorum per paucos dies est res: postremo uicit sententia plurium: ut iidem legati: qui ad consulem romanum ierant: ad Annibalem mitterentur. Quo priusquam iretur: certumque defectionis consilium esset: Romam legatos missos a campani in quibusdam annalibus inuenio: postulantes ut alter consul campanus fieret: si rem romanam adiuuari uellent. Indignatione orta sum moueri a curia iussos esse: missumque licitorum: qui ex urbe educeret eos: atque eodie manere extra fines romanos iuberet. Quia nimis compar latinorum quondam postulationi erat: Caeliusque & alii quae haud sine causa pretermiserant scriptores: ponere per certo sum ueritus: legati ad Annibalem uenerunt: pacemque cum eo his conditionibus fecerunt. Nequis imperator magistratusue poenorum ullum ius in ciuem campanum haberet: neue ciuis campanus inuitus militaret: munusue faceret: ut suae leges: sui magistratus campani essent: ut trecentos ex romanis captiuos poenus daret campanis: quos ipsi elegerant: cum quibus equitum campanorum: qui in Sicilia stipendia facerent: permutatio fieret. Haec pacta. Illa in super quam quae pacta essent: facinora campani: adiderunt: nam praefectos socium: ciuesque romanos alios partim aliquo militiae munere occupatos: partim priuatis negotiis implicatos plebs repente omnes comprehesos: uelut custodiae causa balneis includi iussit: ubi feruore atque aestu anima interclusa foedum in modum expiraret.

Ea ne fierent: neue legatio mitteretur ad poenum summa ope Decius Magius uir: cui ad summam auctoritatem nihil praeter sanam ciuium mentem defuit: restiterat. Ut uero praesidium mitti ab Annibale audiuit: Pyrrhi superbam dominationem: miserabilemque tarentinorum seruitutem exempla referens: primo ne recipere praesidium: palam uociferatus est: deinde ut receptum: aut eiiceretur: aut si malum facinus: quod a uetustissimis sociis: consanguineisque defecissent: forti ac memorabili facinore purgare uellent ut interfecto punico praesidio restituerent se romanis: haec: neque enim occulte agebantur: cum relata Annibali essent: qui uocaret Magium ad sese in castra primo misit. Deinde cum eis ferociter negasset se iturum: nec enim Annibali ius esse in ciuem campanum: concitatus ira poenus comprehendere hominem uinctumque attrahi ad se iussit. Veritus deinde nequid inter uim tumultus: atque excitationem aiorum inconsulti certaminis oriretur: ipse praemisso nuncio ad Marium Blossium praetorem campanum postero die se Capuae futurum: proficiscitur e castris cum modi

Verba
Varronis
ad legatos
campanos

Virius
Subius

Campanorum
postulata

Decius
Magius

TERTIAE DECADIS

Magii
cōstātia
Anni-
bal Ca-
puā in-
gredit

Quid
perolla
Tamea
filius pa-
ret

Atq; Ma-
gii uer-
ba ad
circusū
populū

Magius
Alexan-
driæ li-
bertate

co praesidio. Marius cōcione aduocata edicit: ut frequentes cum cōiugibus ac liberis obuiam irent An-
nibali. Ab uniuersis id nō obediēter modo: sed enixe fauore ēt uulgi & studio uisendi tot iam uictoriis
clarum iperatorem factum est. Decius Magius nec obuiam egressus est: nec quo timorē aliquem ex cō-
scientia significare posset: priuatim se tenuit. In foro cū filio: cliētibusq; paucis ociose inambulauit: trepi-
dante tota ciuitate ad excipēdum pōenū: uisendumq; Annibal īgressus urbem senatū extemplo po-
stulat: praecantibusq; inde primoribus ciuitatis campanorū neqd eo die fere gereret: diemq; ut ipse ad-
uentu suo festum latus ac libens celebraret: q̄q; praeceps ingenio in iram erat: tamē nequit in principio
negaret uisendo urbem: magnā diei partē cōsumpsit. Diuersatus est apud Munios Celeres: Steniū: Pa-
cuuiūq; īclitos nobilitate ac diuitiis. Eo Pacuuius Calanius: de quo ante dictum est: princeps factionis
eius: quā attraxerat rem ad pōenos: filiū iuuenē adduxit. Abstractūq; ab se a Decii ait latere: cū quo fe-
rocissime pro romana societate aduersus punicum foedus steterat: nec eum aut inclinata in partem al-
teram ciuitas: aut patria maiestas sententia depulerat. Huic tum pater iuueni Annibalem magis depre-
cando: quā purgādo placauit: uictusq; patris precibus. Lachrymisq; ēt ad cēnā eū cū patre uocari iussit
cui cōuiuio neminem campanum praeterquā hospites. Iubellūq; Tauream īsignem bello uirum adhi-
biturus erat. Coeperunt epulari de die: & cōuiuium nō ex more punico aut militari disciplina esse: sed
ut in ciuitate: atq; ēt modo diu ad uarias oīum uoluptatum illecebras īstructum. Vnus nec dominorū
inuitatione: nec ipsius iterdum Annibalis Calanii filius Perolla uinci potuit: ipsiq; ualitudinē excusans
patri: animi quoq; eius mirabilē īturbationem cū quāreret: ante solis ferme occasum patrem Cala-
nium ex conuiuio egressum secutus filius: ubi in secretum hortus erat posticis aedium peruenerūt. Cō-
filium: īquit. assero pater: quo nō ueniam solum peccati: quo deficiamus ad Annibalem ipetrare ab roma-
nis: sed in multo maiore dignitate: & gratia simus cāpani: quā fūimus unquā. Cum mirabundus pater
quidnā id esset cōsiliū: quāreret: toga reiecta ab humero latus succinctum gladio nudat. Iam ego: īquit
sanguine Annibalis sanctiam romanum foedus. Te id prius scire uolui: si forte adesse: cum facinus pa-
tratur: malles. Quā ubi uidit: audiuitq; senex: uelut si iam agendis: quā audiebat: īteresset cum metu:
Per ego te: īquit fili: quācūq; iura liberos iungunt parētibus praecor: quāsq; ne ante oculos patris face-
re: & pati omnia infanda uelis: paucae horae sunt: ītra quas iurātes. Per quicqd deorum est: dexteras dex-
trae iungētes fidem obstirximus: ut sacrata fide māsissemus digressi a colloquio extemplo ī eum arma-
mur iurgiis: ab hospitali mēsa ad quā tertius campanorū adhibitus ab Annibale es: eā ipsam mēsa cru-
entare uis hospitis sanguine: Annibalē pater filio meo potui placare: filium Annibali non possum: sed si
nihil sancti: nō fides: nō pietas: nō religio audiātur īfanda: si nō perniciē nobis cū scelere afferunt. Vnus
aggessurus es Annibalem: qd illa turba tot liberorū seruorumq;? Quid in unum intenti oīum oculi
Quid tot dextrae: torpescent ne in amentia illa: uultum ipsius Annibalis: quem armati exercitus tre-
munt: quē horret populus romanus: tu sustinebis. Talis auxilia defunt: me ipsum ferire: corpus meū
opponentē pro corpore Annibalis sustinebis? Atqui p meum pectus petendus ille tibi atq; transfigen-
dus est deterreri hic sine te potius: q̄ illic uinci: ualeant pces apud te meae: sicut pro te hodie ualuerunt
lachrymantē inde iuuenem cernens mediū complectitur: atq; osculo hārens: non ante pces abstinit:
q̄ puicit: ut gladium poneret: fidemq; daret: nihil facturū tale. Tum iuuenis ego quidē: inquit: q̄ patriae
debeo pietatem. exoluā patri: tuam doleo uicē: cui ter proditae patriae sustinendū crimen est: semul cum
defectionem inisti ab romanis: iteq; cum pacis cum Annibale fuisti auctōr: tertiū hodie: cum restituen-
dā romanis Capuae mora: atq; impedimentū tu es. O patria: ferum quo pro te armatus hanc arcē de-
fendere uolebā: hosti minime parcēs: quando perens extorquet: recipe. Hāc cū dixisset gladium ī publi-
cum transmaceriam horti abiicit: & quo minus res suspecta esset seipse conuiuio reddit. Postero die se
natus frequens datus Annibali ubi prima eius oratio pblanda ac benigna fuit: qua gratias egit campa-
nis: quod amicitia suam romanā societati pposuissent: & iter cātera promissa magnifica pollicitus bre-
ui caput Italiae omni Capuam fore: iuraq; inde cum cāteris populis romanum ēt petiturum. Vnū esse
exortē punicae amicitiae foederisq; secum facti: quem neq; esse campanū: neq; dici debere. Magium De-
cium: eum postulare ut sibi dedatur: ac se praesente de eo referatur: senatusq; consultum fiat. Oēs in eam
sententiam ierunt: quāq; magnae parti & uir indignus ea calamitate: & haud paruo initio minui uide-
batur ius libertatis: egressus curia in tēplo magistratuū consedit: comprāhendiq; Magiū Decium: atq;
ante pedes destitutum cām dicere iussit. Qui cum manente ferocia animi: negaret lege foederis id cō-
gi posse tum iniectae cathenae: duciq; ante liēctorem in castra est iussus. Quoad capite apto est ductus: cō-
cionabundus incessit: ad circumfusam undiq; multitudinem uociferans: habetis libertatem campani:
q̄ petistis: foro medio: luce clara: uidentibus uobis: nulli campanorum secundus uinctus ad mortē ra-
pior. Quid uiolentius capua capta fieret? Ite obuiam Annibali: exornate urbem: diemq; aduentus eius
cūsecrate: ut hunc triumphum de ciue uestro spectetis. Hāc eo uociferante: cum moueri uulgius uide-
retur: obuolutum caput est otiusq; rapi extra portam iussus est. Ita in castra perducitur: extemploq; im-
positus in nauim. & Carthaginem missus: ne motu aliquo. Capuae ex idignitate rei orto: senatū quo-
q; peniteret dediti principis: & legatione missa ad repetendum eum: ne aut negando rem: quā primum
peterent: offendendi sibi noui socii aut tribuendo: habendus Capuae esset seditionis ac turbarum au-
ctōr. Nauim Cyrenas detulit tempestas: quā tum in ditione regum erat. Ibi cum Magius ad statuam
Ptholemæi regis confugisset: deportatus a custodibus Alexandriam ad Ptholemæum: dum eum do-
cuisset contra ius foederis uinctū se ab Annibale esse: uinculis liberatur. Permissumq; ut rediret seu Ro-

mam: seu Capuā mallet. Nec Magius Capuā sibi tutam dicere: & Romā eo tpe: quo inter romanos: cāpanosq; bellū sit: transfugae magis: q̄ hospitis fore domiciliū. Nusq; magis malle: q̄ in regno eius uiuere quē uindicem atq; auctorem habeat libertatis. Dum hæc gerunt. Qu. Fabius Pictor legatus a Delphis Romā rediit: responsūq; ex scripto recitauit: diuina quoq; i eo erāt: quibus quoq; modis supplicare. Tum si ita facitis romani: uestræ res meliores: fortioresq; erunt magisq; ex sentētia respu. uestra uobis procedet: uictoriaq; duelli populi romani erit Pythio Apollini republi. uestra bene gesta seruataq; lucris meritis donū mittote: deq; præda manubiis: spoliisq; honorem habetote. Hæc ubi ex græco carmine interpretata recitauit: tū dixit: se oraculo egressum extemplo his omnibus diuis rem diuinam thure: ac uino fecisse: iussūq; ab atistite: sicut coronatus laurea corona: & oraculū adisset: & rē diuinā fecisset: ita coronatū nauim ascendere: nec ante deponere eam: q̄ Romā puenisset. Se quæcūq; imperata sint: cū sūma religione ac diligentia executū: coronam Romæ i ara Apollinis deposuisse. Senatus decreuit: ut hæc res diuinæ supplicationesq; primo quoq; tpe cum cura fieret. Dum hæc Romæ: atq; in Italia gerunt: nuncius uictoriæ ad Cānas Carthaginem uenerat. Mago Amilcaris filius nō ex ipsa acie a fratre missus: sed retentus aliquot dies in recipiendis ciuitatibus brutiorq; quæ deficiebāt: Is: cum ei senatus datus eēt: res gestas i Italia a fratre exposuit: cū sex imperatoribus eū: quorum quattuor consules: duo dictator ac magister equitū fuerint: cū sex cōsularibus exercitibus conflexisse: occidisse supra ducēta millia: supra. l. millia hostium cepisse: ex quattuor consulibus duos occidisse: ex duobus sautium alterq; alterum toto exercitu amisso: uix cum. l. hoibus effugisse magistrū equitū: qui cōsularis potestatis sit: fusum fugatūq; dictatōrē quia se i aciē nunq; commiserit: unicum haberi imperatōrē: brutios appulosq; partē samnitū: ac lucanorq; defecisse ac pœnos. Capuam: quod caput nō Cāpaniæ modo sed post afflictā rem romanā cānensi pugna Italiæ sit. Annibali se tradidisse pro his tot: tantisq; uictoriis regē sacrum diis imortalibus agi: haberiq;. Ad fidem deinde tam lætæ rerum effundi iussit i uestibulo curiæ annulos aureos: q̄ rātus aceruus fuit: ut metietibus dimidiū super tres modios explese: sint quidā auctores. Fama tenuit: quæ ppior uero ē: haud plus fuisse modio. Adiecit deinde uerbis: quo maioris cladis idiciū eēt: neminē nisi equitū: atq; ipsoꝝ primores id gerere isigne. Summa fuit orationis: quo ppius spes belli pficiendi sit: eo magis ope iuuādum Annibalē eē: procul. n. a domo militiā esse: i media hostiū terra magnā uim frumētī pecuniæq; absumi: & tot actis: ut hostiū exercitus delesset: ita uictoris ēt copias parte aliq; minuisse. Mittendū igitur supplementum esse: mittendū i stipēdium pecuniam: frumētumq; tā benemeritis denomine punico militibus. Secundum hæc dicta Magonis lætis oibus. Himilco uir factionis barchinæ locum Hannonis increpandi esse ratus. Quid est Hanno: inquit ēt nunc pœnitet belli suscepti aduersus romanos: iube dedi Annibalem: ueta in tam prosperis rebus gratis diis immortalibus agi. Audiamus romanum senatorem i carthaginēsiū curia. Tum Hanno tacuissem hodie patres conscripti nequid i cōmuni omni gaudio minus: lærum: quod esset uobis loquerer. Nunc iterrogāti senatori pœniteat ne me adhuc suscepti aduersus romanos belli: si reticē: aut superbus: aut obnoxius uidear quorum alterq; est hominis alienæ libertatis oblitus: alterum suæ respōdeam: inqt. Himilconi: nō desisse pœnitere me belli: neq; desitūq; eē ante inuictum nostrum iperatorem iculare: quā finitum aliqua tolerabili cōditiōe bellum uidero: nec mihi pacis antiquæ desyderium ulla alia res: quā pax noua: finiet. Itaq; ista: quæ modo Mago iactauit: Himilconi cæterisq; Annibalis satellitibus iam læta sunt. Mihi possunt læta esse: q̄ res bello bene gestæ: si uolumus fortuna uti: pacem nobis equiorē dabūt: nā si prætermittimus hoc tēpus: quo magis dare: quā accipere possumus uideri pacē: uereor ne hæc quoq; læticia luxuriæ nobis: ac uana euadat. Quæ tamē nūc quoq; qualis est: occidi exercitus hostiū: mittite milites mihi: qd aliud rogares: si esses uictus: hostium cepi bina castra: prædæ uidelicet plena: & cōmeatum frumentū & pecuniā dare. Quid aliud inquam: si spoliatus: si exutus castris esses: pereres. Et ne oia ipse mirer: mihi: quoq; quoniam respondi Himilconi: interrogare ius fasq; est. Velim seu Himilco: seu Mago respondeat: cū ad internicionem romani imperii pugnatum ad Cannas sit: constetq; in defectionē totam Italiam esse: primū ecquis latini nominis populus defecerit ad nos: deinde equis homo ex quinq; & .xxx. tribubus ad Annibalem trāstugerit. Cū utrūq; Mago negasset Hostium qdem Romæ: iquit: adhuc multum superest. Sed multitudo ea: qd animorq; quidue spei habeat: scire uelim. Cum id nesci se Mago diceret: Nihil facilius scitu est: iquit. Ecquos legatos ad Annibalē romani miserunt de pace: ecquā deniq; mentionē pacis Romæ factā esse allatum ad uos est: cum id quoq; negasset. Bellum igitam: inquit: integrum habemus: quā habuimus: qua die Annibal in Italiam est igressus. Quā uaria uictoria priore punico bello fuerit: plærīq; qui meminerimus: supersumus: nunq; terra mariq; magis pspere res nostræ uisæ sunt: quam ante consules Luctatium: & A. Posthumium fuerūt. Luctatio & Posthumio consulibus: deuicti ad Egadis insulas sumus: quod si id quod dii omen auertant: nunc quoq; fortuna aliquid uariauerit: tum pacem speratis: cum uincimur: quam nunc cum uincimus: dat nemo. Ego si quis consultet: seu de ferenda hostibus pace: seu accipiēda: habeo: quid sententiæ dicam. Sed de his: quæ Mago postulat: refertis. Nec uictoribus mitti attinere puto: & frustratibus nos falsa atq; inani uictoria multo minus censeo mittenda esse. Haud multos mouit Hannonis oratio: nam & simultas cum familia Barchina leuiorem auctōrē faciebat: & occupati animi præsentī læticia: nihil quo uanius fieret gaudium suum: auribus admittebant: debellatumq; mox fore: si adniti paululum uoluissent: rebant. Itaq; igenti cōsensu fit senatuscōsultum: ut Annibali. xl. numidæq; millia in supplementum mittentur: & .xl. elephanti: & argenti multa talenta. Dictatorq; cū Magone in Hispaniam præmissus ē ad

Attur
Vim an
nulorū
a Mago
ne car
tha. de
latam

Attēpru
dētissi
mū Hā
nōis re
sponsū

Quæ
Carth.
sint de
creta se
cū dum
Hanno
nis po
stulata

TERTIAE DECADIS

conducēda. xx. millia peditum: quattuor equm: qbus exercitus: qui in Italia: quiq; i Hispania erāt: supplerētur. Cæterę hæc ut in secūdis rebus segniter ocioseq; gesta sunt. Romanos pter isitam industriam aīs: fortuna ēt cūctari phibebat. Nam nec cōsul ulli rei: q̄ p eum agēda eēt: deerat: & dictator. M. Iunius rebus diuinis pfectis: latoq; ut solet: ad populū ut equum ascēdere liceret: pter duas urbanas legiones: q̄ p̄cipio anni a cōsulibus cōscriptæ fuerāt: & seruoq; delectum cohortesq; ex agro piceno: & gallico collectas: ad ultimum ppe desperatæ reip. auxilium: cum honesta utilibus cedunt: descēdit equo: dixitq; Qui capitalem fraudē ausi: quiq; pecunia iudicati in uinculis eēt: q̄ eor; apud se milites fierēt: eos noxa pecuniasq; se exolui iussit. Ea sex millia hoīum gallicis spoliis: q̄ triūpho. C. Flamini trāsata erant: armauit: itaq; cū. xxy. millibus armatoq; ab urbe pficiscitur. Annibal Capua recepta: cū iteq; neapolitanorum aīos partim spe: partim metu nequicq; tēptasset: in agrum nolanium exercitū traducit: & ut nō hostiliter statim: q̄ nō desperabat uoluntariam deditioem: ita si morarentur spem: nihil eor; q̄ pati aut timere possent: p̄termisurus. Senatus ac maxime primores eius i societate romana p̄stare. Plebs nouaq; ut solet: regē auida: atq; Annibalis tota eēt: metūq; agroq; populationis: & patiēda i obsidiōe multa grauiā idignaq; pponere aīo. Neq; auctores defectionis deerant: itaq; ubi senatū metus accepit: si palā contra tenderēt: resisti multitudini cōcitata non posse: clā simulādo dilatationē malī iueniunt: placere enī sibi defectionem ad Annibalem simulāt. Quibus autem conditionibus in fœdus: amicitiamq; nouam trāsant pag; cōstare. Ita spatio sumpto: legatos p̄pere ad p̄torem romanū Marcellū Claudium: qui Casilini cū exercitu erat: mittunt: docētq; q̄to in discrimīe sit nolana res: agrum Annibalis esse: & p̄noq; urbē extēplo futurā: nisi subueniat: cōciliādo plebi senatum: ubi uelit defecturos: senatum se ne deficere p̄festinarēt effecisse. Marcellus collaudatis nolans: eadem simulatione extrahi rem in suū aduētum iussit. Interim celari: q̄ secum acta eēt: spemq; oēm auxilii romāi. Ipse a Casilino Calatiā petit: i de Vulturno amne traiecto: perq; agrū satriculanū trebeanūq; super Suesulāq; per montes Nolam peruenit.

Anni/
bal Nu/
ceriā fa/
me ex/
pugnat

L. Ban/
tius

Attur
Marcel/
li indu/
striā in/
uno pā/
tio rei/
pu. cōci/
liando

Sub aduētū p̄toris Romani p̄enus agro nolano excessit: & ad mare p̄xime Neapolin descēdit: cupi dus marini oppidi potiūdi: quo cursus nauibus tutus ex Africa eēt. Cæterę posteaq; Neapolin a p̄fecto romano teneri accepit. M. Iulius Syllanus erat: ab ipsis neapolitanis accitus: Neapolī quoq; sicut Nolā nō admissus petit Nuceriā. Eam: cū aliquādiu circumsedisset: sæpe ui: sæpe sollicitādis neq; nūc plebe: nūc p̄cipibus fame demū in deditioem accepit pactus: ut inermes cū singulis abirēt uestimētis. Deīde ut qui a p̄cipio mitis oībus italicis: p̄ter romanos uideri uellet: p̄mia atq; honores iis: qui remāssissent ac militare uellent secum proposuit. Nec ea spes quēquā tenuit. Dilapsi omnes quocunq; hospitia: aut fortuitus animi impetus tulit per Campaniæ urbes: maxime Nolam. Neapolinq;. Cum ferme triginta senatores: ac forte primus quisq; Capuā petisset: exclusi inde: quod portas Annibali clauerunt: Cummas se cōtulerunt. Nuceriæ p̄da militi data est: urbs direpta atq; incensa. Nolam Marcellus nō sui magis fiducia p̄sidii: quā uoluntate principum tenebat. Plebes timebatur: & ante oēs. L. Bantius: quē cōsensu attēptatæ defectionis: ac metus a p̄tore romano: nunc ap̄ proditiōem patriæ: nunc si ea die fortuna defuisset: ad transfugiēdum stimulabat erat iuuenis acer: & socior; ea tēpestare nobilissimus eques. Seminecē eum ad Cānas i aceruo occisorum corporum inuētum: curatūq; benigne eēt cum dionis Annibal domum remiserat. Ob eius gratiam meriti rem nolanam eius ditionemq; dare uoluerat p̄no. Anxiumq; eum & sollicitum cura nouādi res p̄tor cernebat: Cæterę cum aut p̄na cohibēdus esset aut beneficiū cōciliāudus sibi assumpsisse: quam hosti ademisse: fortem ac strenuum maluit socium: ac citumq; ad se banigne appellat. Multos eum inuidos inter populares habere inde existimatu facile esse quod nemo ciuis nolanus sibi indicauerit: quā multa eius egregia facinora militaria essent. Sed qui in romanis militauerit castris: non posse obscurā eius uirtutem esse: multos sibi: qui cum eo stipēdia fecerint: referre: qui uir esset ille: quæq; & quotiens pericula pro salute ac dignitate populi ro. adisset: utiq; cannensi pugna non prius p̄lio abstiterit: q̄ prope exanguis ruina sup̄ icidentium uirorum: equor; armorūq; sit opp̄ssus: itaq; maeste uirtute esto: iquit: apud me: cui oīs honor: atq; omne premiū erit: & quo frequētius mecū fueris: senties eā rem tibi dignitati: atq; emolumēto esse. Latoq; iuueni promissis equū eximium ex dono dat. Bigatosq; quingētos quæstorem numerare iubet. Licetoribus imperat: ut se adire: quotiens uelit: patiant. Hac comitate Marcelli ferocis iuuenis aīus adeo est mollitus: ut nemo inde socior; rem romanā fortius ac fidelius iuuerit: Cum Annibal ad portas esset: (Nolam. n. rur sus a Nuceriā mouerat castra) plebes quoq; nolana de integro ad defectionem spectare. Marcellus sub aduentu hostiū intra muros se recepit: non castris metuens: sed ne prodendæ urbis occasionem nimis multis in eam iminentibus daret: instrui deinde utring; acies romanor; cōptæ pro mœnibus Nolæ: p̄noq; ante castra sua: p̄lia hinc parua inter urbē castraq; & uario euentu fiebāt: q̄ duces nec prohibere paucos temere rogantes: nec signū dare uniuersæ pugnæ uolebant. In hac comitiaria iā duor; exercitū statiōe principes nolantium nūciāt Marcello nocturna colloquia iter plebem ad p̄nos fieri statutūq; esse: ut cū romana acies egressā portis iret impedimenta eor; ac sarcinas diriperent: clauderētq; deīde portas: murosque occuparēt: ut potiētes retum suarum: atque urbis p̄nū ide pro romāo acciperēt. Hæc ubi nūciata sunt Marcello: collaudatis senatoribus nolans: priusquam aliquis motus i muris oriretur: fortunā pugnæ experiri statuit. Ad tris portas in hostes uersas tripartito exercitum instruxit: impedimenta subsequi iussit: calones: lixasq; & inualidos milites uallū ferre: media porta robora legionum: & romanos equites duabus circa portis nouos milites: leuēq; armaturam: ac socior; equites statuit. Nolani muros portasq; adire uetiti: subsidiaq; destinata ipedimentis data: ne occupatis p̄lio legio

nibus: in ea impetus fieret: ita instructi intra portas stabant. Annibali sub signis: id quod per aliquot dies fecerat: ac multum diei in acie stanti prius miraculo esse: quod nec exercitus romanus porta egrederetur: nec armatus quisquam in muris esset. Ratus deinde prodita colloquia esse: metuque residues factos: partem militum in castra remittit: iussos propere apparatus omnem oppugnanda urbis in primam aciem afferre: satis fidens si cunctatibus instaret: tumultum aliquem in urbe plebem moturam: moxque dum in sua quisque ministeria discursu trepidat: ad prima signa: succeditque ad muros acies: patefacta repente porta: Marcellus signa canere: clamoremque tolli: ac pedites primum: deinde equites quanto maximo possent impetu in hostem erumpere iubet. Satis terroris tumultusque in acie media intulerunt: cum duabus circa portis. P. Valerius Flaccus: & C. Aurelius legati in cornua hostium erupere. Addidere clamorem lixae calonesque & alia turba custodia impedimentorum apposita: ut paucitatem maxime spernentibus poenis: ingentis repente exercitus specie fecerit. Vix equidem ausim affirmare: quod quidam auctores sunt: duo millia: & ccc. hostium caesos: non plus uno romanorum amisisse: siue tanta: siue minor victoria fuit: gens eo die res: ac nescio: an maxima illo bello gesta sit. Non uinci enim ab Annibale uicentibus difficilius fuit: quam postea uincere Annibal spe potiunda Nolae adempta: cum Acerras recessisset: Marcellus extemplo clausis portis custodibusque dispositis: ne quis egrederetur: quaestione in foro de iis: qui clam in colloquiis hostium fuerat: habuit. Supra. lxx. damnatos proditoris securi percussit: bonaque eorum iussit publica esse: & summa rege senatui tradita: cum exercitu omni profectus: supra Sueffulam castris positus confedit. Poenus Acerras primum ad uoluntariam ditionem conatus pollicere: posteaquam uidit inde obstinatos: obsidere atque oppugnare parat. Caeterum Acerranis plus animi: quam uirium erat: itaque desperata tutela urbis: ut circumuallari moenia uiderunt: priusque continuarentur hostium opera: per intermissa munimenta: neglectasque custodias silentio noctis dilapsi: per uias inuiaque: qua quaeque aut consilium: aut terror tulit: in urbes Campaniae: quas satis certum erat: non mutasse fide: perfugerunt. Annibal Acerris direptis: atque incensis: cum a Casilino dictatorum Romanum legionemque nuntii accipi nuntiassent: ne quicquam tam in propinquis hostium castris Capuae quoque recurrat: exercitum ad Casilinum ducit. Casilinum eo tempore Praenestini habebant cum romanis paucis latinique nominis quos eodem audita canensis clades contulerat: hi non confecto Praeneste ad diem delectu: serius profecti domo cum Casilinum ante aduersae pugnae famam uenissent: & aliis aggregaret romanis sese: sociisque profecti a Casilino cum satis magno agmine irent: auertit eos retro Casilinum nuntius canensis pugnae: ibi cum dies aliquot suspecti campanis timentesque cauedis ac struedis inuicem insidiis traduxissent: itaque de Capuae defectioe agi: accipique Annibalem satis pro certo habuere: interfectis nocte oppidanis parte urbis: quae citra Vulturum est: eo enim diuidit anni occupauere: idque praesidium Casilini habebant romani. Adit & pusina cohors homines. cccc. & lx. eodem nuntio: quo praenestini paucos ante dies Casilinum compulsi: & satis ferme armatorum ad tam exigua moenia: & flumine altera parte cincta tuenda erat. Penuria frumenti nimium etiam ut uideretur hominum efficiebat. Annibal cum iam inde haud procul esset: getulos cum praefecto nocte Isalca praemittit. Ac prius si fiat colloqui copia: uerbis benignis ac portas aperidas: praesidiumque accipiendum pellicere iubet. Sin in pertinacia persistet rem gerere: ac temptare: si qua parte urbem inuadere possit. Vbi ad moenia accessere: quia si lentum erat: solitudo uisa: metuque concessum barbarus ratus moliri portas & seras: claustraque effringere parat. Cum patefactis repente portis cohortes duae ad idipsum instructae itus ingenti cum tumultu erumpunt: stragemque hostium faciunt. Ita primis repulsis Maharbal cum maiore robore uirosque missus nec ipse eruptionem cohortium sustinuit. Postremo Annibal castris ante ipsa moenia oppositis: parua urbem: paruamque praesidium: summa uis: atque omnibus copiis oppugnare parat. Ac dum istat laceffitque corona undique circumdatis moenibus: aliquot milites: & promptissimum quaeque e muro: turribusque ictos amisit. Semel ultro erupentis agmine elephantorum opposito prope interclusit: trepidosque compulsi in urbem satis multis: ut ex tanta paucitate interfectis plures cecidissent: ni nox praelio interuenisset Postero die omnium animi ad oppugnandum accenduntur. Vtique posteaquam corona aurea muralis proposita est: atque ipse dux castelli plano loco positi segnem oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrat. Canarum Trasymenique & Trebiae singulos mones uniuersosque: inde uineae quoque coeptae agi: cuniculique: nec ad uarios conatus hostium aut uis ulla: aut ars deerat. Socii romanorum oppugnacula aduersus uineas statuere: transuersis cuniculis hostium cuniculos excipere. & palam & clam coeptis obuiam ire: donec pudor etiam Annibalem ab incepto auertit. Castris communis ac praesidio modico imposito: ne omnia res uideretur: in hyberna Capuam concessit ibi partem maiorem hyemis exercitum in tectis habuit: aduersus omnia humana mala saepe ac diu durantem: bonis inexpertus: atque insuetus. Itaque quos nulla mali uicerat uis: perdidit nimia bona: ac uoluptates immodicae: & eo impenitus: quo auidius ex insolentia in eas se immerferat. Somnus enim: & uinum: & epulae: & scorta: lineaque: & otium consuetudine in dies blandius ita eneruauerunt corpora animosque ut magis deinde praeteritae uictoriae eos: quam praesentes tutarentur uires. Maiusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium habetur: quam quod non ex canensium acie protinus ad urbem Romam duxisset. Illa enim cunctatio distulisse modo uictoriam uideri potuit. Hic error uires ademisse ad uincendum. Itaque Hercule uelut si cum alio exercitu a Capua exiret: nihil usquam pristinae disciplinae tenuit: nam & redierunt plerique scortis impliciti: & ubi primum sub pellibus haberi coepti sunt uiaque & alius labor militaris exepit: tyronum modo corporibus animisque deficiebant. Et deinde per omne aestiuorum tempus magna pars sine comitatibus ab signis dilabebantur: neque aliae latebrae: quam Capua desertoribus erant. Caeterum mitescere iam hyeme ducto ex hybernis militum Casilinum redit. Vbi quaequam ab oppugnatione cessatum erat: obsidio tamen continuata oppidanos praesidiumque ad ultimum

Strata/
gema
marcel/
liVicto/
ria ro.
ad No/
lamCasilini
praesidium
oppu/
gnaturCorru/
piti An/
nibalis
exercitus
Capuae

TERTIAE DECADIS

inopia adduxerat. Castris romanis tunc Sépronius praerat: dictatore auspicioque repetendoque causa profecto Romae. Marcellum & ipsum cupientem ferre auxiliū obsessis Vulturis amnis inflatus aquis: & preces nolanoque: atque acerranoque tenebant campanos timētium: si praesidium romanum abcessisset. Gracchus assidens tantum Casilino: quia praedictum erat dictatoris: ne quid absente eo rei gereret: nihil mouebat: quod quae facile omnem patientiam uincerent: nunciabantur a Casilino: nam & praecipitasse se quosdam non tolerantes famem constabat: & stare inermes in muris: nuda corpora ad missiliū telorum ictus praebentes: ea a grege patientis Gracchus: cum neque pugnam conferere dictatoris iniussu auderet: pugnandum autem esse: si palam frumentum importare uellet: uideret: neque clam importandi spes esset: farre ex agris circa undique conuecto: cum quaeplura dolia compleisset: nunciū ad magistratum Casilinum misit: ut exciperet dolia: quae amnis deferret: in sequenti nocte: intentis omnibus in flumen: ac spem ab nuncio romano factam: dolia medio amni missa defluerunt. Aequaliter inter omnes frumentum diuisum. Id postero quoque die ac tertio factum est: nocte & mittebant: & perueniebant eo custodias hostium fallebant. Imbribus deinde continuis citatior solito amnis transfuerso uertice dolia impulit ad ripam: quam hostes seruabant: ibi haerentia inter obnata ripis salicta aspiciuntur: nunciatusque Annibali est: & deinde intentiore custodia cautum: nequid falleret Vulturum ad urbem missum: nubes inde fusae a romanis castris: cum medio amni ad Casilinum defluerent: cratibus excipiebantur. Postremo ad id uentum inopiae est: ut lora detractasque scutis pelles ubi feruida mollissent aqua: maderere conarentur: nec muribus: alioque aiali abstinerent: & omne herbarumque radicumque genus aggeribus infimis murerent. Et cum hostes obarassent: quicquid herbidum terrenum extra murem erat: raparum samentem iniecerunt: ut Annibal eo ne usque dum ea nascantur: ad Casilinum sessurus sum: exclamaret. Qui nullam pactionem auri bus admiserat: tum demum secum agi est passus de redemptione liberorumque capitum. Septunces auri in singulos pretium conuenit: fide accepta sese tradiderunt: donec omne aurum persolutum est: in uinculis habitum. Tum remissi Cumas cum fide. Id uerius est: quam ab equite in abeuntis immisso interfectos. Praenestini maxima pars fuere: ex quingentis septuaginta: qui in praesidio fuerunt: minus dimidium ferrum fameque absumpsit. Caeteri incolumes Praeneste cum praetore suo Manilio scriba is antea fuerat: redierunt. Statua eius iudicio fuit. Praeneste in foro statuta: lorica: amicta toga: uelato capite: & tria signa cum titulo laminae aeneae inscripto Manitium pro militibus: qui Casilini in praesidio fuerint: uotum uouisse. Idem titulus tribus signis in aedem Fortunae positus subiectus. Casilinum oppidum redditum campanis est: firmatum septingentorum militum de exercitu Annibalis praesidio: ne ubi paenus inde abcessisset: Romani impugnarent Praenestinis militibus romanus senatus duplex stipendium: & quinquenni militiae uacationem decreuit. Ciuitate cum donarentur: ob uirtutem non mutauerunt. Perusinorum casus obscurior fama est: quia nec ipsorum monimento ullo est illustratus: nec decreto Romanorum. Eodem tempore petellinos: qui uni ex brutiis manserant in amicitia romana: non carthaginenses modo: quae regionem obtinebant: sed brutii quoque caeteri ob separata a se consilia oppugnabant: quibus cum obsistere malis nequirent: petellini legatos Romam ad praesidium petendum miserunt: quoque preces lachrymaeque: inuestus enim flabiles: cum sibi metipsi consulere iussi sunt: sese in uestibulo curiae profuderunt: ingentem misericordiam patribus: ac populo mouerunt. Consulique iterum a M. Aemilio praetore patres: circumspectis omnibus imperii uiribus: fateri coacti: nihil iam longinquis sociis in se praesidii esse: redire domum: fideque ad ultimum expleta: consulere sibi metipsos in praesenti fortuna iusserunt. Haec posteaquam renunciata legatio petellinis est: tantus repente moeror pauorque senatum eorum cepit: ut pars profugiendi: qua quaeque posset: ac deserenda urbis auctores essent: pars adiungendi se caeteris brutiis: ac pro eos dedendi Annibali: Vicit tamen ea pars: quae nihil rapitum: nec temere agendum: consulendumque de integro cesuit. Relaxata postero die pro minore trepidatione retinuerunt optimates: ut conuectis omnibus ex agris urbem ac muros firmaret. Per idem fere tempus litterae ex Sicilia Sardiniaque Romam allatae. Priores ex Sicilia Octacilii praetoris in senatu recitatae sunt. L. Furius praetorem cum classe ex Africa Lilibethum uenisse: ipsum grauius ictum: saucium in discrimine esse uitae ultimo: militiae naualibus sociis neque stipendium: neque frumentum ad diem dari: neque unde des: esse: magnopere suadere: ut quae primam ea mittat: sibi que si ita uideat: ex nouis praetoribus successorem mittant. Eademque ferme de stipendio: frumentoque ab A. Cornelio Mamula praetore ex Sardinia scripta. Responsum utrisque non esse: unde mitteret. Iussique ipsi classibus ac exercitibus suis consulerent. Octacilius ad unicum subsidium Populi Romani Hieronem legatos cum misisset: in stipendium quantum argentum opus fuit: & sex mensium frumentum accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates sociarum benigne contulerunt. Et Romae quoque pro penuria argenti triuuirii mensarii rogatione Minutii tri. ple. facti. L. Aemilius qui consul cesor que fuerat: & M. Atilius Regulus: qui bis consul fuerat: & L. Scribonius Libo: qui tum tribunus ple. erat: & duuiri creati. M. & C. Atilius aedem concordiae: quam L. Manlius praetor uouerat: dedicauerunt. Et tres pontifices creati. Q. Cecilius Metellus: Quintus Fabius Maximus: & Q. Fuluius Flaccus in locum P. Scatinii demortui: & L. Aemilium Pauli consulis: & Q. Elii Patti: qui ceciderunt pugna canensis: cum caetera: quae continuis cladibus fortuna minuerat: quantum consiliis humanis assequi poterat: patres expleissent: tandem se quoque: & solitudinem curiae: paucitatemque conuenientium ad publicum consilium respexerunt: non enim post L. Aemilium: & C. Flaminiū censes senatus electus fuerat: cum tantum senatorum aduersae pugnae ad hoc sui quaeque casus per quinquennium absumpsissent. Cum de ea re M. Aemilius praetor: dictatore post Casilinum amissum profecto iam ad exercitum: exposcentibus cunctis rettulisset: tum Sp. Carbilus cum longa oratione non solum inopiam: sed paucitatem etiam ciuium: ex quibus in patres legerentur: conquestus esset: explendi senatus causa: & iungendi arctius latini nominis cum pro magna re se suadere dixisset: ut ex singulis populis latinorum bis

Doliis
secundo
flu. mis
sum fru
mentum ca
silinum

Anniba
lis uox
Dedito
eorum q
ad case
linum
erant

Petelli
ni

Att. ro.
Po. ino
piam

Sp. Car
bilus

nis senatoribus: si patres romani cēsuissent: ciuitas daretur: atq; i demortuorum locū in senatū legerent. Eam sententiā haud ægoribus animis: quā ipsorum quōdam postulatū latinorum patres audierūt: & cum fremitus indignatūm tota curia eēt: & præcipue Mālius: esse & nunc stirpis eius uirū diceret: q; quōdā in Capitolio cōsul minatus esset: quē latinū in curia uidisset: eū sua manu se interfecit. Q. Fabius Maximus: nunq; rei ullius alieniore tpe mentionē factā in senatu dixit: quā iter tam suspēsos sociorum aīos: incertamq; fidē: id tātum: quod insup sollicitaret eos: eam unius hominis temerariā uocem silētio oīum extinguedam esse: & siquid unquā arcani sanctiue ad silēdum i curia fuerit: id oīum maxime tegēdum occulēdum: obliuiscēdum: pro non dicto habēdum esse. Ita eius rei oppressā mentio est. Dictatorē: qui censor ante fuisset: uetustissimusq; ex iis: qui uiueret: censoriis esset: creari placuit: q; senatū legeret. Accuriosus. C. Terentiū ad dictatōrē dicendū iusserunt: q; ex Appulia relicto ibi præsidio: cū magnis itineribus Romam redisset: nocte proxima: ut mos erat. M. Fabiū Butonē ex. S. C. sine magistro equitū dictatōrē in sex mēses dixit. Is ubi cū licitoribus i rostra ascēdit: neq; duos dictatores tēpore uno quod nunquam antea factum esset: probare se dixit: neq; dictatōrē se sine magistro eqtū: nec censoriā uim pmissam uni & eidē iteg;: nec dictatori nisi rei gerēdæ causa creato i sex menses datum imperiū: quæ imoderata fors tempus ac necessitas fecerit: iis se modum impositurū: nam neq; senatu quēquam moturū ex iis quos. C. Flaminius. L. Aemylius censes i senatū legissent: trāscribi tamen recitariq; eos iussurum: ne penes unum hominē iudiciū arbitriumq; de fama ac moribus senatoris fuerit: & ita i demortuorum locum subiecturū: ut ordo ordini: nō homo homini prælatus uideret. Recitato uetere senatu: idē primū i demortuorum locum legit: qui post. L. Aemyliū. C. Flaminiū censes curulem magistratū cepissent: necdū in senatū lecti eēt: ut quisq; eorum senator primus creatus erat: tū legit: qui ædiles: tribuni: prætores: q; sto resue fuerāt: tum ex iis: q; magistratus cepissent: q; spolia ex Romano hoste fixa domi haberent: aut ciuicam coronā accepissent: ita. clxxvii. cū igenti approbatione hominū i senatū lectis: extēplo se magistratu abdicauit: priuatufq; de rostris descendit: licitoribus abire iussis: turbæq; se imiscuit priuatas agentiu res tempus hoc sedulo terens: ne deducendi sui causa populum de foro abduceret: neq; tamen elanguit cura hominū ea mora: frequētēsq; eum deduxerūt domū: Consul nocte isequēti ad exercitū rediit: nō facto certiore senatu: ne comitiorū causa in urbe retineretur. Postero die consultus a. M. Pomponio præto re senatus decreuit dictatori scribēdū: uti se e rep. censeret esse: ad cōsules subrogādos ueniret cū magistro equitum: & præto re. M. Marcello: ut ex iis præsentibus noscere patres possent: quo statu respu. esset: consiliaq; ex rebus caperent. Qui acciti erant: omnes uenerunt: relicti legatis: qui legionibus præessent. Dictator de se pauca ac modice locutus: in magistrum equitum. T. Sempronium Gracchū magnam partem gloriæ uertit. Comitā edixit: quibus. L. Posthumius. iiii. absens: qui tum Galliam prouinciam obtinebat: & T. Sempronius Gracchus: qui tum magister equitum: & eo occurrerat: cōsules crearentur. Prætores inde creati. M. Valerius Leuinus. Ap. Claudius Pulcher. Fuluius Flacchus. Q. Mutius Scaeuola. Dictator creatis mgratibus. Theanū in hyberna ad exercitū rediit: relicto magistro eqtū Romæ: q; cū post paucos dies mgratū initurus eēt: de exercitibus scribēdis cōparādifq; anū præs cōsuleret.

Duo rō
næ di/
ctatores
uno tē/
pore

L. Po/
sthūius
T. Sē/
pronius
conf.

Cum eæ res maxime agerentur: noua clades nunciata: alia super aliam cumulate in eum annū fortuna. L. Posthumium consulem designatam in Gallia ipsum: atq; exercitum deletos. Silua erat uasta. Lieta nam Galli uocāt: qua exercitum traducturus erat: eius siluæ dextera leuaq; circa uiam Galli arbores ita inciderant: ut immotæ starent: momento leui impulsæ occiderent. Legiones duas Romanas habebat Posthumius: sociumq; ab supero mari tantum conscripserat: ut. xxv. millia armatorum i agros hostium induxisset. Galli ora extremæ siluæ cum circumsedissent: ubi intrauit agmen factum: tum extremas arborum succifarum impellunt: alia in aliam instabilem per se ac male hærentem incidentes accipi strage arma uiros equos obruerunt: ut uix decem homines effugerent: Nam cum exanimati pleriq; essent: arborum truncis: fragmentisq; ramorum cæteram quoq; multitudinem inopinato malo trepidam galli saltum omnem armati circumsidentes interfecerunt: paucis e tanto numero captis: qui fluminis pontem petentes: obsessi ante ab hostibus ponte: interclusi sunt. Ibi Posthumius: omni uine caperetur: occubuit: spolia corporis: caputq; ducis præcisum Boii ouantes: templo quod sanctissimum est apud eos intulerunt: purgato inde capite: ut mos est iis: caluam auro cælauerunt: idque sacrum uas erat: quo solemnibus libarent: poculumq; idem sacerdoti esse: ac templi Antistibus præda quoq; haud minus gallis: quam uictoria fuit: nam & si magna pars animalium strage siluæ oppressa erat: tamen cæteræ res: quia nihil dissipatum fuga est: stratae per omnem iacentis agminis ordinem inuētæ sunt. Hac nunciata clade cum per dies multos in tanto pauore fuisset ciuitas: ut tabernis clausis: uelut nocturna solitudine per urbem acta: senatus ædilibus negotium daret: ut urbem circūirent: apeririq; tabernas: & mœsticiæ publice speciem urbi demi iuberent. Tum. T. Sempronius senatum habuit: consolatusq; patres est: & adhortatus: ne qui cānensī ruinæ nō succubissent: ad minores calamitates animos summitterent. Quod ad Carthaginenses hostes Annibalēq; attinet: prospera modo esset sicut speraret: fortuna gallicum bellū & omitti tuto & differri posse: ultionemq; eā fraudis in deorum ac Po. Ro. potestate fore. De hoste pœno exercitibusq; per quos id bellū gereretur: consultandū: atq; agitandum. Ipse primum quid peditum equitumq; quid ciuiū: quid sociorum in exercitu esset dictatoris: disseruit. Tum Marcellus suarum copiarū summā exposuit. Quid in Appulia cū. C. Terentio consule esset: a peritis quæsitum ē: duo ne consularēs exercitus satis firmati tantū bellum efficerent: inibatur ratio. Itaq; Galliam: quāquā stimulabat iusta ira: omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris cōsuli decretus ē. De exercitu eos q; ex

Recens
Rōana
clades i
Gallia

TERTIAE DECADIS

fuga kannensi essent: in Sicilia castra duci: atque ibi militare: donec in Italia bellum esset: placuit. Eodem ex dictatoris legionibus reici militem: minimi quaeque roboris: nullo praestituto militiae tempore: nisi quod stipendiorum legitimorum esset. Duae legiones urbanae alteri consuli: qui locum L. Posthumii successus esset: decretae sunt. Eumque cum primum saluis auspiciis posset: creari placuit. Legiones praeterea duas prior quoque tempore ex Sicilia acciri: atque inde consul cui legiones urbanae euissent: militum sumeret: quantum opus esset. C. Terentio consuli propagari in annum imperium: neque de eo exercitu: quem ad praesidium Appuliae haberet: quicquam minui. Dum haec geruntur in Italia apparanturque nihilo segnius in Hispania bellum erat: sed ad eam diem magis prosperum romanis. P. & Gn. Scipiones inter se partitis copiis: ut Gn. terra. P. Mari nauibusque rem gereret. Asdrubal poenorum imperator neutri parti uirium satis fidens: procul ab hoste interuello ac locis tutis tenebat se: cui multum ac diu obtestanti quattuor millia peditum & quingenti equites in supplementum missi ex Africa sunt. Tum resecta tandem spe castra propius hostem mouit: classemque & ipse instrui pararique iubet ad insulas maritimasque oram tutandum. In ipso impetu mouendae de integro regem pertulit eum praefectorum nauium transitio: qui post classem ad Iberum per pauorem desertam grauius increpiti: nunquam deinde satis fidi aut duci: aut Carthaginensium rebus fuerant. Fecerat in transitu motum in tarthesiorum gentem: desciuerantque iis auctoribus urbes aliquot: una etiam ab ipsis uicincta fuerat. In eam gentem uersum ab romanis bellum est: infestorum exercitu Asdrubal ingressus agrum hostium pro capta ante dies paucos urbis moenibus. Calbum nobilem tarthesiorum ducem cum ualido exercitu castris se detinentem aggredi statuit. Praemissa ergo leui armatura: quae eliceret hostis ad pugnam: peditum partem ad depopulandum per agros passim dimisit: ut palates exciperent: simul & ad castra tumultus erat: & per agros fugae & caedes. Deinde undique diuersis itineribus cum in castra se recepissent: adeo repente decessit animis pauor: ut non ad munimenta modo defendenda satis aiorum esset: sed etiam ad lacepsendum hostem praelio Erumpunt igitur agmine e castris tripudiantes more suo: repetinaque eorum audacia terrorem hosti pauloante ultro lacepsenti incussit: itaque & ipse Asdrubal in collem satis arduum: tutumque flumine etiam obiecto tum copias subducit: & praemissam leuam armaturam: equitesque palates eodem recepit: nec aut colli: aut flumini satis fides uallo castra pmuniit. In hoc alterno pauore certamina aliquot sunt contracta: nec numida hispano eques par fuit: nec iaculator maurus cetrato uelocitate pari: robore animi uiriumque aliquantum praestati. Posteaque nec illicere poenum ad certamen obuersati castris poterat: neque castrorum oppugnatio facilis erat: urbem Ascuam quo finis hostium ingrediens Asdrubal frumentum: comestusque alios conuexerat: uicincta capiunt: omni que circa agro potiunt: nec iam aut in agmine: aut in castris ullo imperio contineri. Quam ubi negligentiam ex re ut fit: bene gesta oriri senserat Asdrubal: cohortatus milites ut palates sine signis hostes aggredierentur: degressus colle pergit ire acie instructa ad castra. Quae ut adesse tumultuose nunciare: fugientes ex speculis stationibusque attulere: ad arma conclamat. Ut quisque arma ceperat: sine signo: sine imperio in compositi: inordinati in praedium ruunt: iam primi conseruerat manus: cum alii catreatim currerent: alii nondum e castris exissent: tum prior ipsa audacia terruere hostem. Deinde rari in confertos illati: cum paucitas parum tuta esset: respicere alii alios: & undique pulsi coire in orbem: & dum corporibus applicant: armaque armis iungunt: in arctum compulsi: cum uix mouedis armis satis spatii esset corona militum cincti ad multum diei caduntur. Exigua pars eruptione facta siluas ac montes petit: pari que terrore & castra sunt deserta: & uniuersa gens postero die in deditioem uenit. Nec diu in pacato mansit. Nam subinde ab Carthagine allatum est: ut Asdrubal prior quoque tempore in Italiam exercitum duceret: quae uulgata res per Hispaniam omnium fere aios ad romanos auertit: itaque Asdrubal extemplo litteras Carthaginensem mittit: indicans quanto fama perfectionis suae damno fuisset. Si uero inde pergeret: priusquam Iberum transiret: romanorum Hispaniam fore: nam praeterquam quod nec praesidium: nec ducem haberet: quem relinqueret pro se esse imperatores romanos: quibus uix aequis uiribus resisti posset: itaque si ulla Hispaniae cura esset: successorem sibi cum ualido exercitu mitterent: cui si omnia prospere euenirent: non tamen ociosam prouinciam fore. Haec litterae quam primo admodum mouerunt senatum: tamen quia Italiae cura prior erat: nihil de Asdrubale: neque de copiis eius mutatum est. Himilco cum exercitu iusto & aucta classe ad retinendam terra marique: ac tuendam Hispaniam est missus: qui ut pedestres naualesque copias traiecit: castris comunitis: nauibusque subductis: & uallo circumdatis cum equitibus delectis ipse: quantum maxime accelerare poterat: per dubios infestosque populos iuxta intentus ad Asdrubalem peruenit. Cum de creta senatus mandataque exposuisset: atque edidicisset ipse inuicem: quem admodum tractandum bellum in Hispania foret: retro in sua castra rediit: nulla re quam celeritate tutior: quod undique abierat: antequam populi consentirent: Asdrubal: priusquam moueret castra. pecunias imperat populis omnibus suae ditionis: satis gnarus Annibalem transitus quosdam pretio mercatum: nec auxilia gallica aliter: quam conducta habuisse: inopem tantum iter ingressum uix penetraturum ad alpes fuisse. Pecuniis igitur exactis: ab Iberum descendit: De creta carthaginensium: & Asdrubalis iter: ubi ad romanos sunt perlata: omnibus omissis: rebus ambo duces iunctis copiis: ire obuiam coeptis: atque obsistere parant: rati: si Annibali uix per se ipsi tolerando Italiae hosti: Asdrubal dux: atque hispaniensis exercitus esset iunctus illis: romani finem imperii fore. His anxii curis ad Iberum contrahunt copias: & transito amne: cum diu consultassent: utrum castra castris conferrent: an satis haberent sociis carthaginensium oppugnandis morari ab itinere proposito hostem: urbem a propinquo flumine Iberam appellatam opulentissimam ea tempestate regionis eius oppugnare parant: quod ubi sensit Asdrubal: per ope ferenda sociis pergit ipse ire ad urbem deditam nup in fidem Romanorum oppugnandam. Ita iam coepta obsidio a romanis est: & uersum in ipsum Asdrubalem bellum: quingentum millium interuallo castra distantia habuere paucos dies: nec sine leuibus preliis: nec ut in aciem exirent. Tandem uno

Carth.
metus in
carthe/
siis

Caedum
carthe/
siis

Asdru/
bal ius/
sus pa/
rat in Ita
lia tran/
sire

eodemq; die uelut excomposito utrinq; signum pugnae propositum est: atq; omnibus copiis in campum descensum est. Triplex stetit acies romana: peditum pars ante signa locata: pars post signa accepta: equites cornua cinxere: Asdrubal media aciem hispanis firmat: in cornibus dextero poenos locat: leuo afros: mercenariorumq; auxilia equitum: numidas poenorum peditibus: caeteros afros pro cornibus opponit. Nec omnes numidae in dextero locati cornu: sed quibus defultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam: in recentem equum ex fesso armatis transfultare mos erat: tanta uelocitas ipsis: tamq; docile equorum genus est. Cum hoc modo instructi staret. Imperatorum utriusq; partis haud ferme dispares spes erant: nam neq; multum quidem aut numero: aut genere militum hi aut illi praestabant. Militibus longe dispar animus. Romanis enim quaquam procul a patria pugnarent facile persuaserant duces pro Italia: atq; urbe Roma eos pugnare: itaq; uelut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae uerteretur: obstinauerant animis uincere: aut mori. Minus pertinaces uiros habebat altera acies: nam maxima pars hispani erat: qui uinci in Hispania: quam uictores in Italiam trahi malebant: primo igitur concursu: cum uix pila coniecta essent: media acies rettulit pedem inferentibusq; sese magno impetu romanis terga uertit. Nihilo segnus in cornibus praedium fuit. Hic poenus: hic afer urget: & uelut in circueuentos praedio ancipiti pugnant. Sed cum in medium tota iam coisset Romana acies: satis uirium ad dimouendum hostium cornua habuit: ita duo diuersa praedia erant: utroq; romani: ut qui pulsus tandem mediis: & numero: & robore uirorum praestarent: haud dubie superarunt. Magna uis hominum ibi occisa: & nisi hispani: uix dum conferto praedio: tam effuse fugissent: perpauci ex tota superfuissent acie. Equestris pugna nulla ad modum fuit: quia simul inclinatum aciem mediam mauri numidaeq; uiderunt: extemplo fuga effusa nuda cornua elephantis quoq; praese actis deseruere. Et Asdrubal usq; ad ultimum euentum pugnae moratus e media caede cum paucis effugit. Castra Romani cepere: atq; diripere. Ea pugna: siqua dubia in Hispania erat. Romanis adiunxit. Asdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus: sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania spem reliquit. Quae posteaq; litteris Scipionum Romae sunt uulgata: non tam uictoria: quam prohibito Asdrubalis in Italiam transitu laetabantur. Dum haec in Hispania geruntur: Petellia in brutiis aliquot post mensibus quam coepta oppugnari erat: ab Himilcone praefecto Hannibalis expugnata est. Multorumq; sanguine ac uulneribus ea poenis uictoria stetit. Nec ulla magis uis obsessos: quam fames expugnauit: absumptis enim frugum alimentis carnisq; omnis generis quadrupedum sutrinarq; postremo coriis: haeribusque: & radicibus: & corticibus teneris: structisq; rohis uescebantur uiscereq;: nec antequam uires ad standum in muris ferendaque arma deerant: expugnati sunt. Recepta Petellia: poenus ad Consentiam copias traducit. Quam minus pertinaciter defensam intra paucos dies in deditionem accepit. Iisdem ferme diebus & brutiis exercitus Crotonem graecam urbem circumsedit: opulentam quondam armis uirisq;: iam adeo multis magnisque cladibus afflictam: ut omnis aetatis minus uiginti millia ciuium superessent: itaq; urbe defensoribus uastata facile potiti sunt hostes. Arae tantum retentae: in quibus inter tumultum captae urbis e media caede quidam effugere. Et locrenses desciuere ad brutios poenosq; prodita multitudie a priuatis. Regini tantummodo regionis eius: & in fide erga romanos: & patriae suae ad ultimum manserunt. In Sicilia quoq; eadem inclinatio animorum peruenit: & ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinuit: namq; Gelo maximus stirpis: contempta simul senectute patris simul post canensem cladem romana societate ad poenos deficit: mouissetq; in Sicilia res: nisi mors adeo opportuna: ut patrem quoq; suspitione aspergeret: armatam eum multitudinem: sollicitantemq; socios absumpsisset. Haec eo anno in Italia in Africa: in Sicilia: in Hispania uario euentu acta. Exitu anni. Q. Fabius Maximus a senatu postulauit: ut aedem Veneris Erycinae: quam dictator uouisset: dedicari liceret. Senatus decreuit: ut. T. Sempronius consul designatus: cum primum inisset: ad populum ferret: ut diuuiros esse iuberet aedis dedicandae cae. Et M. Aemilio Lepido: qui bis consul & augur fuerat: filii tres Lucius: Marcus. Quintus ludos funebres per triduum: & gladiatorum paria duo & .xx. per triduum in foro dederat. Aediles curules. C. Lectorius: & T. Sempronius Gracchus consul designatus: qui in aedilitate magister equitum fuerat: ludos romanos fecerant: qui per triduum instaurati sunt. Plebei ludii. M. Aurelio Cotta & M. Claudio Marcello ter instaurati sunt. Circumactio tertio anno punici belli. T. Sempronius consul idibus Martiis magistratum iniit: Praetoresq; Fuluius Flaccus: qui ante consul censorq; fuerat: urbanam. M. Valerius Leuinus peregrinam sortem in iurisdictione habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam. Qu. Mutius Scaeuola Sardiniam sortiti sunt. M. Marcello proconsuli imperium esse populus iussit: quod post Cannensem cladem unus romanorum imperatorum in Italia prospere rem gessit. Senatus quo die primum est in Capitolio consultus decreuit: ut quo anno duplex tributum imperaretur: simplex confestim exigeretur: ex quo stipendium praesens omnibus militibus daretur: praeterquam qui milites ad Cannas fuissent. Inde de exercitibus ita decretum est: ut duabus legionibus urbanis. T. Sempronius consul Cales ad conueniendum diem ediceret. Inde sex legiones in castra Claudiana supra Sueffulam deducerentur. Quae ibi legiones eent: erat autem cannensis maxime exercitus: eas. Ap. Claudius Pulcher Praetor in Siciliam traiceret. Quaeq; in Sicilia essent. Romam deportarentur. Ad exercitum: cui ad conueniendum Cales dies edicta erat. M. Marcellus Claudius missus: isque iussus in castra Claudiana deducere urbanas legiones. Ad ueterem exercitum accipiendum deducendumque in Siciliam. T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio est missus. Taciti primo expectauerant homines: uti consul comitia collegae creando haberet. Deinde ubi ablegatum: uelut de industria. M. Marcellum uiderunt: quem maxime consulem in eum annum

Quid
des ulto
rii sint
equi

Vicif
Asdru
bal a
scipioni
bus

Strabo
petelia
Lucano
ru esse
ait Vide
nerubif
p rohis
fit legen
du aut
ranis

Ludi fu
nebres

TERTIAE DECADIS

Menti & Veneri ob egregie in praetura res gestas creari uolebant: fremitus in curia est ortus. Quod ubi sensit consul, Vtrūq; iquit: e rep. fuit. P. C. & M. Claudium ad pmutandos exercitus in Campaniam proficisci: & comitia nō prius edici: quam is idē confecto: qđ mandatum est negotio reuertisset: ut uos consulē quem tempus reip. postulare: quēq; maxime uultis: haberetis. Ita de comitiis: donec rediit Marcellus: silentiū fuit. Interea duumiri creati sunt. Q. Fabius Maximus & Atilius Crassus aedibus dedicandis. Menti Atilius. Fabius Veneri Erycinā Vtraq; in Capitolio ē: canali uno discretā. Et de trecētis eqtibus cāpanis: q in Sicilia cum fide stipēdiis emeritis Romā uenerāt delatum ad populum: ut ciues Romani eēt. Item uti municipes cumani essent: pridie quā populus campanus a Populo Romano defecisset: maxie: ut hoc ferretur: mouerat: quod quorum hominum essent: scire seipsi negabant: uetere patria relicta in eam: in quam redierant: nondum asciti. Posteaquam Marcellus ab exercitu rediit: comitia uni consuli rogando in locum. L. Posthumii edicuntur. Creatur ingenti consensu Marcellus: qui extemplo magistratum acciperet: cui ineunti consulatum: cum renuisset: uocati augures: uitio creatum uideri pronunciauerunt. Volones quoq; patres ita fama ferebantur: quod tum primo duo plebei consules facti eēt: id deis cordi non esse: in locum Marcelli: ubi is se magistratu abdicauit: suffectus Fabius Maximus. iiii.

Mare arsit eo anno. Ad Sinuessam bos equuleū pepit. Signa lanuini ad Iunonis Sospite cruore manauere. Lapidibusq; circa id tēplū pluuit: ob quē imbrē nouēdiale ut assollet: sacrū fuit: ceteraq; prodigia cū cura expiata. Cōsules exercitus inter se diuiserunt. Fabio exercitus: cui. M. Iunius dictator pferat: euenit. Sēpronio uolentes: q fierēt: & sociog. xxv. millia. M. Valerio ptori legiones: quae ex Sicilia redissent: decretā. M. Claudius pconsul ad eū exercitū: q supra Sueffulā Nolā pferet: missus. Praetores in Sicilia ac Sardinia pfecti. Cōsules edixerūt: quotiens senatū uocassent: uti senatores: qbusq; in senatu dicere sniam liceret: ad portā Capenā cōuenirēt: ptores: quog; iurisdicio erat: tribunalia ad disciplinā publicam posuerūt: eo uadimonia fieri iusserūt: ibiq; eo anno ius dictū ē: Interim Carthaginem: unde Mago frater Annibalis. xxii. millia peditū: & equites mille qngentos: elephātos. xi. argenti talēta multa in Italiā transmissurus erat: cū p̄sidio. lx. nauiū longarū nūcius defert in Hispania rē male gestā: oēsq; ferme eius prouiciā populos ad romanos defecisse. Erāt: q Magonē cū classe ea copiisq; omiſsa Italia in Hispaniam auerterēt. Cū Sardinia recipiēda repētina spes affulsit. Paruū ibi exercitū romanū eē: ueterē p̄torē idē Corneliū prouiciā peritū decedere: nouū expectari. Ad hoc festos iā aios sardog; esse diurnitate iperrii: & proxio iis anno acerbe atq; auare imperatū: graui tributo: & collatione iniqua frumēti oppressos: nihil deesse aliud: quā auctore: ad quē deficerēt. Hāc clādestina legatio per p̄cipes missa erat: maxime eam rem moliētē Harficora: q tum auctoritate atq; opibus lōge primus erat. His nūciis prope uno tēpore turbati: erectiq; Magonē cū classe sua copiisq; in Hispaniā mittunt. In Sardinia Asdrubalē cognomento Caluū deligunt ducē: & tātum ferme copiarū: quantum Magoni decernunt: & Romae cōsules transactis rebus: quae in urbe agenda erant: mouebāt sese iā ad bellum. T. Sempronius militibus Sinuessam diē ad conueniēdū edixit: & Q. Fabius cōsulto prius senatu: ut frumēta omnes ex agris ante calendas iulias primas in urbes munitas conueherēt: q non iuexissent: eog; se agrū populaturū: seruos sub hasta uenditurū: uillas icensurū: ne p̄toribus qdē qui ad ius dicendū creati erant uacatio a belli administratione data ē. Valeriū p̄torem in Appuliā ire placuit ad exercitū a Terētio accipiendū: cū ex Sicilia legiōes uenissent: iis potissimū uti ad regionis eius p̄sidiū terētianū mitti cū aliquo legatog;. Et. xxv. naues. M. Valerio datae sunt: qbus oram maritimā iter Brūduſiū & Tarētū tutari posset. Par nauium numerus. Q. Fuluius praetori urbis decretus: ad suburbana littora tutanda. C. Terentio proconsuli negotium datum: ut in piceno agro conquisitionem militum haberet: locisq; iis praesidio esset. Et. T. Atilius Crassus: posteaquā aedem Mentis in Capitolio dedicauit: in Siciliam cū imperio qui classū praesesset: missus.

In hanc dimicationē duog; opulētissimog; in terris populog; oēs reges gentesq; aios itenderant: iter quos Philippus rex Macedonū eo magis: quo ppior Italiae: ac mari tātū Ionio discretus erat. Is ubi primum fama accepit Annibalē alpes trasgressum: ut bello iter romāos poenūq; orto laetus erat: ita utrius populi mallet uictoriā esse: icertis adhuc uiribus fluctuatus aīo fuerat. Posteaq; tertia iam pugna: tertia uictoria cū Annibale & poenis erat: ad fortunā inclinauit: legatosq; ad Annibalē misit: q uitates portus Brūduſinū Tarētīnūq;: q custodiis nauiū romanarū tenebant: ad Lacinia Iunonis tēplū in terrā egressi sunt. Inde per Appuliā petētes Capuā media in p̄sidia romana illati sunt: deductiq; ad. M. Valeriū Leuinum p̄torem circa Numeriā castra habentē. Ibi intrepide Xenophanes legatiōis p̄iceps a Philippo rege se missum ait ad amicitia societatemq; iungēdam cū Populo Romano: mādata habere ad cōsules senatum populumq; romanum. Inter defectiones ueterum sociog; Valerius noua societate tā clari regis laetus admodum hostē pro hospite comiter accepit. Dat: q psequantur: itineraq; cū cura demonstrant: quae loca: quosq; saltus aut hostes: aut Romani teneant: Xenophanes per praesidia romana in Campaniam: inde: qua proximū fuit: in castra Annibalis peruenit. Foedusq; cū eo: atq; amicitia iungit legibus his: ut Philippus rex quāmaxima classe: ducentas autem naues uidebantur effecturus: in Italiā traiceret: & uastaret maritimā oram: bellū pro parte sua terra mariq; gereret. Vbi debellatum esset. Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginensiu: atq; Annibalis eēt: praedag; omnis Annibali cederet. Perdomita Italia nauigarent in Graeciam: bellumq; cum quibus regibus placeret: gererent: quae cinitates continentisq; insulae ad Macedoniam uergunt: eae Philippi: regniq; eius essent. In has ferme leges iter poenū ducem: legatosq; Macedonum ictum foedus. Missiq; cum iis ad regis ipsius firmādam fidem legati Gisco: & Bolstar: & Mago: eodemq; ad Iunonis Lacinia templum: ubi nauis occulta in statioe erat: pueniūt.

Attur. Bellowū utrique apparatus

Philippus rex cū poenis foedus iungit

Inde profecti: cum iam altum tenerent: conspecti a classe romana sunt: quæ præsidio erat Calabriae lit-
 toribus. Q. Valerius Flaccus Corcyreos ad psequendâ trahendâq; nauium cum misisset: primo fugere
 regii conati: deinde ubi celeritate uicti cesserunt: tradunt se romanis: & ad præfectum classis adducti:
 cum quæreret: q; & unde & quo tenderent cursum Xenophanes primo satis iam semel felix mendaciû
 struere: a Philippo se ad romanos missum: ad M. Valerium ad quæ unum iter fuit tutû peruenisse Ca-
 paniam superasse nequisse: septa hostiû præsidiiis. Deinde ut punicus cultus: habitusq; suspectos legatos
 fecit Annibalis: interrogatosq; sermo pdidit: tû comitibus eor; seductis: ac metu territis: litteræ quoq;
 ab Annibale ad Philippû iueta: de pace inter regē macedonum pœnumq; ducē. Quibus satis cognitis:
 optimû uisum ē captiuos comitesq; eor; Romam ad senatum aut consules: ubicunq; essent quâprimû
 deportare. Ad id celoces quinq; naues delectæ: ac L. Valerius Antias: qui præflet: missus: eiq; mandatû
 ut in omnis naues legatos partim custodiendos diuideret: daretq; operam: ne quod iis colloquiû inter
 se neue cõmunitatio consilii esset. Per idem tempus Romæ cû A. Cornelius Mammula ex Sardinia p
 uincia decedens retulisset: qui status reg; in insula esset: ad bellum ac defectionē ois spectare. Qu. Minu-
 tium: qui successisset sibi grauitate cæli aquarumq; aduenientem exceptum: non tam in periculosum:
 quam longum morbû implicitum diu ad belli uim sustinendam inutilem fore: exercitumq; ibi: ut sa-
 tis firmum pacatæ prouinciæ psidem esse: ita pag; bello: quod motum iri uideretur: decreuerunt p̄s:
 ut Fuluius Flaccus quinq; millia peditum: equites trecentos scriberet: eamq; legionem primo quoque
 tempore i Sardiniam traiciendam curaret: mitteretq; cû imperioq; quem ipsi uideretur: rem gereret
 quoad Minutius conualuisset. Ad eam rem missus ē. T. Manlius Torq̄tus: qui bis cõsul censorq; fuerat
 subegeratq; in consulatu sardos. Sub idem fere tempus & a Carthagine in Sardiniam classis missa duce
 Asdrubale: cui Caluo cognomen erat: fœda tempestate uexata ad Baleares insulas ducit: ibiq; adeo non
 armamenta modo: sed etiam aluei nauium quassati erant: subducti: naues dum reficiuntur: aliquantû
 temporis triuerunt. In Italia cum post cannensem pugnam fractis partis alterius uiribus: alterius mol-
 litis animis segnius bellum esset campani: per se adorti sunt rem cumanam suæ dicionis facere: primo
 sollicitantes: ut ab romanis deficerent: ubi id parum processit: dolum ad capiendos eos comparant. Ca-
 panis oibus statutû sacrificiû ad Hamas: eo senatû cãpanum uentur; certiores cumanos fecerunt: petie-
 runtq;: ut cumanus eo senatus ueniret ad cõsultandû cõmuniter: ut eosdem uterq; populus socios: ho-
 stesq; haberet. Præsidium ibi armatum se e habituros: ne quid ab romanis noui periculi esset. Cumani
 quâquam suspecta fraus erat: nihil abnuere: ita tegi fallax consilium posse rati. Interim. T. Sempronius
 consul Romanus Sinuessæ: quo ad conueniendum diem edixerat exercitu lustrato transgressus flumē
 Vulturum circa Linternum castra posuit. Ibi: quia ociosa statua erant: crebro decurrere milites coge-
 bat: ut tyrones: ea maxima pars uolonum erat: assuescerent signa sequi: & i acie agnoscere ordines suos
 inter quæ concordia maxima erat cura duci: itaq; legatis tribunisq; præceperat: nequam exprobratio
 cuiquam ueteris fortunæ discordiam inter ordines sereret. Vetus miles tyroni: liber uoloni sese exaq;
 ri sineret: omnis satis honestos generosofq; ducerent: quibus arma sua: signaq; Popu. Roma. commis-
 set. Quæ fortuna coegisset ita fieri: eandem cogere tueri factum. Ea non maiore cura præcepta a duci-
 bus sunt: quam a militibus obseruata. Breuiq; tanta concordia coaluerant omnium animi: ut prope in
 obliuionem uenirent: qua ex conditione quilibet esset miles factus. Hæc agenti Graccho legati cumani
 nunciarunt: quæ a cãpanis legatio paucos ante dies uenisset: & quid iis ipsi respõdissent. Triduum post
 eum diem festû esse: nō senatû solû omnem ibi futurum: sed castra etiã & exercitum campanum. Grac-
 chus iussit cumanis oia ex agris in urbē cõuehere: & manere intra muros: ipse pridie: quâ statutû sacrifi-
 cium campanis esset: Cumas mouet castra. Hamæ inde tria millia passuum absunt. Iã campani eo. fre-
 quentes ex cõposito conuenerat. Nec procul inde i occulto Marius Alfius: q; summus magistratus erat
 campanis cum. xiiii. millibus militû habebat castra: is sacrificio apparando: & inter id instruendæ frau-
 di aliquâto intentior: quam muniendis castris: aut ulli militari operi fuit. Triduum sacrificatû ad Ha-
 mas. Nocturnû erat sacrum: ita ut ante mediam noctem cõpleretur. Huic Gracchus insidiandum tem-
 pori ratus: custodibus ad portas positis nequis enunciare possent: a sexta ad decimam diei horam coactis
 militibus corpora curare: somnoq; operam dare: ut primis tenebris conuenire ad signum possent: uigi-
 lia ferme prima tolli iussit signa: silentiq; profectus agmine cum ad Hamas media nocte peruenisset: ca-
 stra campana: ut in peruigilio neglecta simul omnibus portis inuadit: alios somno stratos: alios perpe-
 trato sacro inermes redeuntis obrucat: hominû eo tumultu nocturno cæsa plus duo millia cû ipso du-
 ce Mario Alfio: eapta sunt signa militaria quattuor & trigita. Gracchus minus. C. Militû iactura castris
 hostium potitus Cumas se propere recepit Annibalē metuens: q; super Capuã ad Tifata habebat castra.
 Nec eum puida uiri fefellit opinio: nã simul Capuam ea clades est nunciata: ratus Annibal ab re bene
 gesta: isolenter lætum exercitû: tyronû magna ex parte seruorûq; spoliante uictos: prædasq; agentē ad
 Hamas se iuentur;: citatum agmen p̄ter Capuam rapit: obuiosq; ex fuga campanor; per duo psidia Ca-
 puam duci: faucios uehiculis tolli portariq; iubet: ipse ad Hamas uacua ab hostibus castra: nec quicquã
 præter recentis uestigia cladis: strataq; passim corpora socior; iuenit. Auctores erãt qdã: ut protinus in-
 de Cumas traiceret urbemq; oppugnaret: Id quâquam haud modice Annibal cupiebat: ut qã Neapo-
 lin nō potuerat: Cumas saltem maritimam urbem haberet: tamen quia præter arma nihil secum mi-
 les raptim acto agmine extulerat: retro i castra supra Tifata se recepit. Inde fatigatus cãpanor; pcibus se
 queti die cû omni apparatu oppugnandæ urbis Cumas redit: populatoq; agro cumano: mille passus ab

L. Vale-
 rius an-
 tias hic
 credo
 fuit an-
 naliu
 scriptor

T. Mâli-
 us Tor-
 q̄tus in
 sardinia
 missus

Attur.
 Grac-
 chi con-
 silium.

Campa-
 nor; cæ-
 des ad
 Hamas

TERTIAE DECADIS

urbe castra locat. Tum Gracchus magis uerecundia in tali necessitate deferendi socios imploratis fidem suam: Populiq; Romani substitit: quam satis fidens exercitu. Nec alter consul Fabius qui ad Cales castra habebat: Vulturum traducere audebat exercitum occupatus primo auspiciis repetendis: Romae de in prodigiis: quae alia super alia nunciabantur: expiantiq; ea haud facile litari aruspices respōdebāt. Hae causae cū Fabium tenerent: Sempronius in obsidione erat: & iam operibus oppugnabatur. Aduersus lineam ingentem turrim admotam urbi aliam turrim ex ipso muro excitauit: consul Romanus aliquāto altior rem: quia muro satis p se alto subiectis ualidis sublicis pro solo usus erat. Inde primum saxis sudibusq; & caeteris missilibus ppugnatores urbem ac moenia tuebatur: postremo ubi promoueri adiunctam muro uiderunt turrim: facibus ardentibus plurimum simul ignem cōfecerunt. Quo incendio trepida armatorum multitudo: cū de turri sese precipitaret: eruptio ex oppido simul duabus portis facta: stationes hostium fudit: fugauitque in castra: ut eo die obsessio: quam obsidenti similior esset poenus. Ad mille. cccc. Carthaginensium caesi. Vnde quadraginta uiui capti: qui circa muros: & in stationibus solute ac negligenter agentes cū nihil minus: quā eruptionem timuissent: ex improviso oppressi sunt. Gracchus prius quā se hostes ab repentino pauore colligerent: receptui signum dedit: ac suos intra muros recepit. Postero die Annibal secunda re elatum consulem iusto praelio ratus certaturū aciem inter castra: atq; urbem istruxit: Caeterq; posteaquā neminem moueri ab solita custodia urbis uidit: nec committi quicquā temerariae spei: ad Tifata redit infectare. Quibus diebus Cumae liberatae sunt obsidione: iisdem diebus & in Lucanis ad Grumentum. T. Sempronius cui longo cognomen erat: cū Hanone poeno prospere pugnat. Supra duo millia hominum occidit: & cc. lxxx. milites amisit. Signa militaria ad. xli. cepit. Pulsus finibus Lucanis Hanno retro in Brutios sese recepit: & ex Hirpinis oppida tria: quae a Po. Ro. defecerant: uel recepta per. M. Valerium praetorem Vercellium. Siciliusq; & auctores defectionis securi percussi. Supra mille captiuosq; sub hasta uenerunt. Alia militi praeda concessa: exercitusq; Cumas reductus. Dum haec in Lucanis: atq; in Hirpinis geruntur: quicq; naues: quae Macedonum atq; poenorum captos legatos Romam portabant: a suo pero mari ad inferum circumuectae prope omnem Italiae oram: cum praeter Cumas uelis feruntur: neq; hostium: an sociorū eēt: satis sciretur. Gracchus obuia ex classe sua naues misit: cum punctando iuicem cognitum esset consulem Cumis esse: naues Cumas appulsae captiuosq; ad consulem deducti: & litterae datae Consul litteris Philippi atq; Annibalis perlectis: consignata oia ad senatum itinere terrestri misit. Cū eodem fere die litterae legatiq; Romam uenissent. & punctatione facta: cum scriptis congruerent: primo grauis cura patris incessit: cernentes quanta uix tolerantibus punicum bellum macedonici belli moles instaret. Cui tamen adeo non succubuerunt: ut extemplo ageretur: quemadmodum ultro inferendo bello auerterunt ab Italia hostem. Captiuos in uincula conditis: comitibusq; eorum sub hasta uanditis: ad naues xxv. quibus. P. Valerius Flaccus praefectus praerat: uiginti paratas alias decernunt. His comparatis deductisq; & additis quinque nauibus: quae aduexerat captiuos legatos. l. naues ab Hostia Tarentum profectae: iussusq; Valerius militibus uarronianis: quibus. L. Appius legatus Tarenti praerat in naues impositis. lii. nauium classi non tueri modo Italiae ora: sed explorare de macedonico bello: si congruentia litteris legatorumq; iudiciis Philippi consilia eēt: ut. M. Valerium praetorem litteris certiore faceret: isq; L. Apustio legato exercitui proposito Tarentum ap classem profectus prius quoq; tempore in Macedonia transmitteret: daretq; operam: ut Philippum in regno contineret. Pecunia ad classem tuendam bellumq; Macedonicum ei decreta ē: quae. Ap. Claudio in Sicilia missa erat: ut redderet Hieroni regi: & haec p. L. Apustium legatum Tarentum ē deuecta: simul ab Hierone missa ducta millia modium tritici: & hordei centum. Dum haec Ro. Parat aguntq; ad Philippum captiua nauis una ex iis: quae Romam missae erāt: excussa fugit. Inde scitum legatos cum litteris captos: itaque ignarus de iis: quae cū Annibale legatis suis conuenissent: quaeue legati eius ad se allaturi fuissent: legationem aliam cū eisdem mandatis mittit. Legati ad Annibalem missi Heraclitus: cui Scotino cognomen erat: & Crito Boreusetis: & Sositheus Magnes. Hi prospere tulerunt ac rettulerunt mandata. Sed prius se aestas circumegit: quā mouere: ac moliri quicquid rex posset. Tantum nauis una capta cū legatis momenti fecit ad dilationem imminentis romanis belli. Et circa Capuam transgresso Vulturum Fabio: post expiata tandem prodigia ambo consules rem gerebant: Combuleriam & Trebulam & Austiculam urbes quae ad poenum defecerat. Fabius uel cepit: praesidiaq; in iis Annibalis: capani permulti capti: & Nolae: sicut priore anno senatus Romanorum: plebs Annibalis erat: consiliaq; occulta de caede principum & prodicioe urbis inibant. Quibus ne incepta perficerent: inter Capuam castraq; Annibalis: quae in Tifatis erant: traducto exercitu: Fabius super Vesuuium in castris claudianis confedit. Inde. M. Marcellum praetorem cum iis copiis: quas habebat. Nolam in praesidium misit. Et in Sardinia res p. T. Manlium praetorem administrari coeptae: quae omisse erāt: posteaq;. Qu. Minutius praetor graui morbo est implicatus. Malium nauibus longis ad Caralis subductis: naualibusq; focis armatis: ut terra rem gereret: & a praetore exercitu accepto: duo & uiginti millia peditum: mille & ducentos equites confecit: Cum his equitum peditumq; copiis profectus: in agrum hostium haud procul ab Harficorae castris castra posuit. Harficora forte profectus erat in pellidos sardos ad iuuetutem armadam: qua copias aueret. Filius eius nomine Hostis castris praerat: is adolescentia ferox: temere praelio inito fusus fugatusq; ad. xxx. millia sardorum eo praelio caesa: mille treceti ferme uiui capti. Alius exercitus primo per agros silualisq; fuga agitatus: dein quo ducem fugisse fama erat: ad urbem nomine Cornum: caput eius regionis confugit: debellatumq; eo praelio in Sardinia esset: ni classis punica cum duce Asdrubale: quae tempestate deiecta ad baleares erat: in tempore ad spem rebellandi aduenisset. Manlius post famam appulsae punicae classis Caralis se recepit: ea occasio Harficorae data poeno se iungendi. Asdrubal

Carth.
caedes
ad Cumas

In lucania
quoq;
caeduntur poeni

Decreta patrum
aduersus Philippum

Att. sardorum
stragem

copiis in terram expositis: & classe remissa Carthaginem: duce Harficora ad sociorum populi romani agrum populandum profectus Caralis peruenturus erat: ni Manlius obuio exercitu ab effusa eū populatione cōtinuisset. Primo castra castris modico iteruallo sunt obiecta: deiceps pcurfationes: leuiaq; certamina uario euentu inita: postremo descensum in aciem signis collatis iusto praelio per quattuor horas pugnatum: diu pugnā ancipitem pœni Sardis facile uinci assuetis fecerūt: postremo & ipsi cum oīa circa strage ac fuga sardorum repleta essent: fusi: cæterum terga dātes circūducto cornu: quo pepulerat sardos inclusit romanus. Cædes magis ide: quā pugna fuit. Duodecim millia hostium cæsa sardorum simul pœnorumq; ferme. iiii. millia & .cc. capti. Et signa militaria septem & .xx. Ante oīa clarā & me-

Pœno-
rū & sar-
dogæ cæ-
des

morabilem pugnā fecit Asdrubal imperator captus: & Hanno: & Mago nobiles carthaginēses. Mago ex gente barchina propīqua cognatiōe Annibali iunctus: Hanno auctor rebellionis Sardis: belliq; eius haud dubiæ concitator: nec sardorum duces minus nobilem eā pugnā cladibus suis fecerūt. Nam & filius Harficoræ Hostis in acie cecidit. & Harficora cum paucis eqtibus fugiēs: ut super afflicta res necē quoq; filii audiuit: nocte: ne cuiusquā iteruentus cœptum impediret: mortem sibi cōsciuit. Cæteris urbs Cornus eadem: quæ ante fugæ receptaculum fuit: quā manlius uictor: exercitu aggressus intra paucos dies cepit. Deīde aliæ quoq; ciuitates: quæ ad Harficoram pœnosq; defecerant: obsidibus datis dediderunt sese. Quibus stipendio: frumētōq; iperato p cuiusq; aut uiribus: aut delicto Caralis exercitū reduxit: ibi nauibus lōgis deductis: ipositōq; quē secū adduxerat: milite: Romā nauigat Sardiniaq; pdomitam nūciat patribus & stipēdium q̄storibus: frumentum ædilibus: captiuosq; Fuluiō prætori tradidit.

Per idem tempus. T. Octacilius prætor. I. nauium a Lilybæo classe in Africā trāuectus: depolatusq; agrum carthaginensem cum Sardiniam inde peteret: quo fama erat Asdrubalem a Balearibus nuper traiecisse: classi Africam repetenti occurrit: leuiq; armatura: ceramine in alto cōmisso septem inde naues cum sociis naualibus cepit. Cæteras metus haud secus: quā tēpestas passim disiecit. Per eosdē forte dies & Bomilcar cū militibus ad supplementum carthagine missis quadragintaq; elephātis: & cōmeatu Locros accessit. Quē ut incautum opprimeret. Ap. Claudius p simulationē prouiciæ circuncundæ Messanā raptim exercitu ducto æstu secūdo Locros traiecit: iam inde Bomilcar ad Hannonem i Brutios pfectus erat: & locrēses portas romanis clauerūt. Appius magno conatu: nulla re gesta: Messanā repetit. Eadem æstate Marcellus ab Nola: quā præsidio obtinebat: crebras excursions in agrum hirpinum & samnites caudinos fecit: adeoq; omnia ferro: atq; igni uastauit: ut atiquarum cladum Samnio memoriā renoueret. Itaq; extemplo legati ad Annibalē missi simul ex utraq; gēte ita pœnum allocuti sunt. Hostes populi romani Annibal fuimus primū p nosipsi: quoad nostra arma: nostræ uires nos tutari poterāt: posteaq; iis pagæ fidebamus. Pyrrho regi nos adiūximus: a quo relicti pacē necessariā accepimus fuimusq; in ea per annos prope quinquaginta ad id tēpus: quo i Italiam uenisti: tua nos non magis uirtus fortunaq; quam unica cōmitas ac benignitas erga ciues nostros quos captos nobis remisisti: ita conciliauit tibi tu te saluo atq; incolumi amico non modo populum romanum: sed ne deos quidem iratos: si dici fas: est timeremus. At hercule non solum incolumi & uictore: sed præsentē te cum ploratū prope coniugum ac liberorum nostrorum exaudire: & flagrantia tecta posses conspicerē: ita sumus aliquoties hac æstate deuastati. Vt. M. Marcellus non Annibal uicisse ad Cannas uideatur: glorienturq; romani: te ad unum modo ictum uigentem uelut iaculo emisso torpere. Per centum prope annos cum populo ro. bellum gessimus: nullo externo adiuti nec duce: nec exercitu: nisi quod per bienium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit uires: quam uiribus suis nos defendit. Non ergo secundis rebus nostris gloriabor: duos consules ac duos consulares exercitus a nobis sub iugum missos: & si qua alia aut læta: aut mortifera: aut gloriosa nobis euenerunt: quæ aspera aduersaq; tunc acciderunt: minori idignatiōe referre possumus: quam quæ hodie eueniūt. Magni dictatores cum magistro equitum binis consularibus exercitibus ingrediabantur fines nostros: ante explorato: & subsidiis positis: & sub signis ad populandum ducebant. Nunc prope unius & parui ad tuendam Nola præsidii præda sumus: iam ne manipulatim quidem sed latronum modo pcurfant totis finibus nostris negligentius quam si in romano agro uagarentur. Causa autem hæc est: quod neq; tu defendis: & nostra iuentus: quæ si domi esset: tutaretur: ois sub signis militat tuis: nec te: nec exercitū tuū norim nisi a quo tot romanas acies fusas strataq; esse: sciam: ei facile esse ducam opprimere populatores nostros uagos sine signis palantes: quemq; trahit: quāuis uana prædæ spes numidagæ paucorū illi quidem præda erūt præsidiumq; missum nobis & Nola: ademeris: si modo quos: ut socios haberes dignos duxisti: haud indignos iudicas: quos i fidem receptos tuearis. Ad ea Annibal respondit omnia simul facere hirpinos samnitesq;: & indicare clades suas: & petere præsidium: & quæri indefensos se neglectosq;. Indicandū aut fuisse primum: deinde petendū præsidium: postremo ni impetraretur: tum deniq; quendum frustra opem imploratam: Exercitū se non esse i agrū hirpinum samnitemue: ne & ipse oneri eēt: sed i proxima loca sociorū populi romani adducturū: iis populandis & militem suum repleturū se: & metu procul ab iis summoturū hostes. Quod ad bellum romanum attineret: si Trasimēni: quam Trebia: si Cannarum quam Trasimēni pugna nobilior esset. Cannagæ se quoq; memoriā obscuram maiore uictoria facturū. Cum hoc responso muneribusq; aplis legatos dimisit. Ipse præsidio modico relicto in Tifatis profectus cū cætero exercitu ire Nola pergit. Eodē Hāno ex brutiis cum supplemento Carthagine aduecto atq; elephantis uenit. Ibi castris haud pcul positis: longe alia oīa inquirenti comperta sunt: quā q̄ a legatis lociorū audierat. Nihil. n. Marcellus ita gerebat: ut aut fortunæ: aut temere hosti cōmissum

Pæ. clas-
sis ab
octaci-
lio pfligata

Sānitiū
legato-
rū oīo
ad An-
nibalē

Anniba-
lis respō-
sum

TERTIAE DECADIS

Hanno
postula
ta

Nola
noꝝ re
sponſu

Horatio
Marcel
li ad su
os

Exo
bratio
Anniba
lis

Poenor
um ca
des ad
Nolam

dicī posset. Explorato cum firmisque praesidiis tuto receptu praedatum ierat: omniaque uelut aduersus Annibalem praesentem cauta prouisaque fuerunt. Tum ubi sensit hostem aduentare: copias intra moenia tenuit per muros inambulare senatores nolanos iussit: & omnia circa explorare: quae apud hostes fierent. Ex iis Hanno cum ad murum successisset. Herennium Bassum: & Herium Petrium ad colloquium euocatos: permissuque Marcelli egressos: per interpretem alloquitur. Annibalis uirtutem fortunamque extollit. Populi romani obtegit senescentem cum uiribus maiestatem. Quae si paria essent: ut quondam fuissent: tamen expertis quam graue romanum imperium sociis: quanta indulgentia Annibalis etiam in captiuos omnis italici nominis fuisset: punicam romanae societatem atque amicitiam praestantandam esse. Si ambo consules cum suis exercitibus ad Nolam essent tamen non magis pares Annibali futuros: quam ad Cannas fuissent: nedum praetor unus cum paucis & nouis militibus Nolam tutari possit. Ipsorum quam Annibalis interesset: capta: an tradita Nola potiretur. potiturum enim: ut Capuam Nuceriaemque potitus esset: sed quid inter Capuae Nuceriaeque fortunam inter esset: ipsos prope in medio sitos nolanos scire: nolle ominari: quae captae urbi cessura forent: sed potius spondere: si Marcellum cum praesidio: ac Nolam tradidissent: neminem alium quam ipsos: legem: qua in societatem amicitiamque Annibalis uenirent dicturos. Ad ea Herennius Bassus respondit. Multos annos iam inter romanum Nolanumque populum amicitiam esse: cuius neutros ad eam diem poenitere: & sibi: si cum fortuna mutanda fides fuerat: sero iam esse mutare eam: dedituris se Annibali non fuisse accersendum romanum praesidium: cum iis qui ad se tuendos uenissent: & omnia sibi esse consociata: & ad ultimum fore.

Hoc colloquium abstulit spem Annibali per prodicionem accipiendae Nola: Itaque oppidum corona circumdedit: ut simul ab omni parte moenia aggrediretur. Quem ut successisse muris Marcellus uidit: instructa intra portam acie: cum magno tumultu erupit. Aliquot primo impetu perpulsi caesique sunt: deinde concursu ad pugnam facto: aequatisque uiribus atrox esse coepit pugna. Memorabilisque inter paucas fuisset: ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes. Eo die commisso modico certamine atque irritatis animis in urbem romani: poeni in castra sese receperunt. Tamen poenorum prima eruptione perculsi ceciderunt haud plusquam triginta Romanorum nullus. Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei issequentis tenuit. Itaque: quaquam utraque pars auda certaminis erat: tamen eo die tenuerunt sese munimentis. Tertio die Annibal partem copiarum praedatum in agrum nolanum misit. Quod ubi aduertit Marcellus extemplo in acie copias eduxit. Neque Annibal detreuit. Mille fere passuum iter urbem erat: castraque: eo spatio. & sunt omnia campi circa Nolam concurrerunt. Clamor ex parte utraque sublatus proximis ex iis cohortibus: quae in agros praedatum exierant: ad praeliu iam commissum reuocauit. Et nolani acie romana auxerunt. Quos collaudatos Marcellus in subsidiis stare iubet: & saucios efferre pugna abstinere: nisi ab se signum accepissent. Praelium erat anceps: & summa uis: & duces hortabantur: & milites pugnabant. Marcellus uictis ante die tertium: fugatisque paucos dies a Cumis: pulsus priore anno a Nola ab se duce: milite alio instare iubet: non omnes esse in acie praedantes uagari in agro: Sed qui pugnent: marcere campana luxuria: uino: scortis: omnibusque lustris per totam hyemem confectos: abisse illam uim uigorisque: dilapsa esse robora corporumque aetate: quibus pyrenaei alpiumque superata sint iuga: reliquias illoque uirorum uix arma: membraque sustinentis pugnare. Capuam Annibali Cannas fuisse ibi uirtutem bellicam: ibi militarem disciplinam: ibi praeteriti temporis famam: ibi spem futuri extinctam. Cum haec exprobrando hosti Marcellus suorum militum aios erigeret. Annibal multo grauioribus probris increpabat. Arma signaque eadem se aiebat noscere: quae ad Trebiam: Trasimenumque postremo ad Cannas uiderit habueritque: militem alium profecto se in hyberna Capuam duxisse: alium inde eduxisse. Legatum romanum: & legionis unius atque alae magno certamine uix toleratis pugnam: quos binariae acies consulares nunquam sustinuerunt. Marcellus tyrone milite: ac nolani subsidiis fultus: nos iam iterum lacessit. Vbi ille meus miles: est qui erepro ex equo. C. Flaminius consuli caput abstulit: ubi qui. L. Paulum ad cannas occidit: ferrum non habet: an dextrae torpent: an quid prodigii est aliud? Qui pauci plures uincere soliti estis: nunc paucis plures uix resistitis. Romam uos expugnaturus si quis duceret: fortes lingua iactabatis. En nunc minor res est: hic experiri uim: uirtutemque uolo: expugnate Nolam campestem urbem non flumine: non mari septam. Hinc uos ex tam opulenta urbe praeda spoliisque onustos uel ducam: quo uoletis: uel sequar. Nec bene: nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos: Cum omni parte pellerentur: romanisque crescerent animi: non modo duce solum adhortante: sed nolani et per clamorem fauoris indicem accedentibus ad ardorem pugnae: terga poeni dederunt: atque in castra compulsi sunt. Quae oppugnare cupientes milites romanos Marcellus Nolam reduxit cum magno gaudio & gratulatione etiam plebis: quae ante inclinatio ad poenos fuerat. Hostium plus mille caesi eo die: capti mille. dc. & signa militaria uiginti & duo. Elephantum quattuor in acie occisi. Romanorum minus mille interfecti. Posterum diem indutiis datis sepeliendo uterque suos caesos in acie consumpserunt. Spolia hostium Marcellus Vulcano uotum cremauit. Tertio post die: ob iram credo aliquam: aut spem liberalioris militiae: mille. cc. lxxii. equites mixti numidae hispanique ad Marcellum transfugerunt. Eorum forti: fidelique opa in eo bello usi sunt saepe romani. Ager hispanis in Hispania: & numidis in Africa post bellum uirtutis causa latus datus est. Annibal ab Nola remisso in brutios Hannone cum quibus uenerat copiis ipse Appuliae hyberna petit: circaque Arpos confedit. Qu. Fabius: ut profectum in appuliam annibalem audiuit: frumento a nola Neapolique in ea castra conuecto: quae super Suessulam erant: munimentisque firmatis: & praesidio: quod per hyberna ad tutandum locum satis esset: relicto: ipse Capuam

propius mouit castra: agrumque campanum ferro ignique est depopulatus donec coacti sunt campani nihil admodum uiribus suis fidentes egredi portis: & castra ante urbem in aperto communire. Sex millia armatorum habebant: peditum: imbellem: equitatu plus poterant. Itaque equestibus praeliis laceſcebant hostem: iter multos nobiles equites campanus acerrimus erat Iubellius cognomine Taurea: cuius ibidem erat longe omnium campanorum fortissimus eques adeo: ut cum apud romanos militaret: unus eum romanus Claudius Afellus gloria equestri æquaret. Hic Taurea cum diu perluſtrans oculis obequitasset hostium turmis: tandem facto silentio: ubi esset Claudius Afellus: quaesiuit: & quonia uerbis secum de uirtute ambigere solitus esset: cur non ferro decerneret: daretque opima spolia uictus: aut uictor caperet. Hæc ubi afello nunciata sunt in castra: id modo moratus ut consulem percunctaretur: liceret ne extra ordinem in prouocantem hostem pugnare: permissu eius arma exemplo cepit: prouectoque ante stationes equo Taurea a nomine compellauit: congregatque ubi uellet: iussit. Iam romani ad spectaculum pugnae eius frequentes exierant: & campani non uallum modo castrorum: sed moenia et urbis prospectantes repleuerunt. Cum iam ante ferocibus dictis rem nobilitassent: infestis hastis concitarunt equos: deinde libero spacio inter se ludificantes sine uulnere pugnam extrahebant. Tum campanus romano equorum inquit hoc non equitum erit certamen: nisi e campo in cauam hanc uiam dimittimus: ibi nullo ad euagandum spatio comminus conferentur manus. Dicto prope citius equum in uiam Claudius duxit. Taurea uerbis ferocior: quæ re: minime sis inquit cauterium in fossam: quæ uox in rusticum inde prouerbum prodita. Clau. cum ex uia longe perequitasset nullo obuio hoste in campum rursus euectus: increpans ignauiam hostis: cum magno gaudio & gratulatione uictor in castra redit. Huic pugnae equestri rem: quæ satis certam communis existimatio est: mirabilem adiiciunt quidam annales: cum refugientem ad urbem Tauream Claudius sequeretur: patenti hostium portæ inuectum per alteram stupentibus miraculo hostibus intactum euasisse. Quæta idē statua fuere: ac: retro etiam consul mouit castra: ut sementem campani facerent. Nec ante uiolauit agrum campanum: quam iam altæ in segetibus hærbæ præbere pabula poterant. Id conuexit in claudiana castra super Sueſſulam: ibique ædificauit hyberna. M. Claudio proconsuli imperauit: ut retento Nolæ necessario ad tuendam urbem presidio: ceteros milites dimitteret Romam: ne oneri sociis: & sumpti reip. essent. Et. T. Gracchus a Cumis Luceriam in Appulia legiones cum duxisset. M. Valerium inde prætorem Brudisium cum eo: quem Luceriæ habuerat: exercitu misit: tuerique oram agri salentini: & prouidere quod ad Philippum bellumque macedonicum attineret iussit. Exitu æstatis eius: qua hæc gesta conscripsimus: litteræ a Publio & Gnæo Scipionibus uenerunt: quantas: quaque prosperas in Hispania res gessissent: sed pecuniâ in iis: stipendium: uestimenta: & frumentum exercitui: & sociis naualibus omnia deesse. Quod ad stipendium attineat: si ærarium inops esset se aliquam rationem inuituros: comodo ad hispanis sumant. Cætera utique ab Roma mittenda esse: nec aliter aut exercitum: aut prouinciam teneri posse. Litteris recitatis: nemo omnium erat: quoniam & uera scribi: & postulari æqua fateretur. Sed occurrebat animus quætos exercitus terrestres: naualesque tuerent: quætaque noua classis mox paranda esset: si bellum macedonicum moueretur. Sicilia ac Sardinia: quæ ante bellum uectigales fuissent: uix presidis prouinciæ exercitus alere. Tributo sumptus suppeditari: cum ipsum tributum conferentium numerum tantis exercituum stragibus & ad Trasimenum lacum: & ad Cænas iminutum: quæ superessent pauci: si multiplici grauaretur stipendio: alia perituros peste. Itaque nisi fide staret resp. opibus non staturam. Prodeudum in concione Fuluius prætori esse indicandasque populo publicas necessitates: exhortadosque: quæ redempturis auxissent patrimoniam: ut reip. ex qua creuissent: tempus comodarent: conducerentque ex lege præbenda: quæ ad exercitum hispaniensem opus essent ut cum pecunia in ærario esset: iis primis solueretur. Hæc prætor in concione edixit: qua die uestimenta frumentum hispaniensi exercitui præbenda: quæque alia opus essent naualibus sociis: esset locaturus: ubi ea dies uenit: ad conducendum tres societates aderant hominum undeuiginti. Quorum duo postulata fuere. Vnum: ne alii trienno eo publicani essent. Alterum: ut quæ nauibus imposuissent: ad hostium pericula tempestatisque in publico essent. Vtroque impetrato: conduxerunt. Priuataque pecunia resp. administrata. Hi mores: eaque caritas patriæ per omnes ordines: uelut tenore uno pertinebat. Quæadmodum conducta omnia magno animo sunt: sic summa fide præbita. Nec secus: ac si ex opulento ærario ut quodam alerentur. Cum hi commeatus uenerunt. Ilturci oppidum ab Asdrubale: atque Magone: & Amilcare Bomilcaris filio ob defectionem ad romanos oppugnabatur. Inter hæc trina castra hostium: Scipiones cum in urbem sociorum magno certamine: ac strage obsistentium puenissent: frumentum cuius inopia erat: adiuxerunt. Cohortatisque oppidanos: ut eodem animo moenia tutarent: quo per se pugnam romanum exercitum uidissent: ad castra maxima oppugnanda: quibus Asdrubal præerat: ducunt. Eodem & duces: & duo exercitus carthaginiensium: ibi rem summam agi cernentes: conuenerunt. Itaque eruptione e castris pugnatum est. lx. hostium millia eo die in pugna fuerunt. Sedecim circa romanis: tamē adeo haud dubia uictoria fuit: ut plures numero: quam ipsi erant: romani hostium occiderint: ceperunt amplius tria millia hominum: paulominus equorum undesexaginta militaria signa: elephantis. v. in prælio occisis: ternisque castris eo die potiti sunt. Ilturco obsidione liberato: ad Incibili oppugnandum punici exercitus traducti: suppletis copiis ex prouincia: ut quæ maxime omnium belli uida modo præda aut merces esset. Et tum iuuentute abundante: iterum signis collatis eadem fortuna utriusque partis pugnatum. Supra. xii. millia hostium caesa: supraque tria capta cum signis duobus & xl. nouem elephantis. Tum uero omnes prope Hispaniæ populi ad romanos defecerunt. Multoque maiores ea æstate in Hispania: quam in Italia res gesta.

q. d. mi
nime
docu/
mento
sis aliis
ut ex tu
to in lo
cum ini
quæ te/
mer de
scendant

Redimi
dicebat
quæ reipu.
præstada
conduce
bant ut
ide redē
ptura
dicta

Attur
pœno/
rū cæ/
dem



VEX Campania in Brutios reditū ē: Hāno adiutoribus, & ducibus brutiis græcas urbes tēptauit: eo facilius ī societate manētis romana: qđ brutios quos & oderāt & metuebāt: carthaginēsiū partis factos cernebant Regiū primū tēptatū est: diesq; aliquot ibi nequicq; absumpti. Itaq; locres frumētū: lignaq; & cætera necessaria usibus ex agris in urbē rape etiā neqd relictū p̄dæ hostibus eēt: & ī dies maior oībus portis multitudo e/sfundi: postremo ii mō relictī in urbe erāt: q; reficerēt muros ac portas: tælaq; in ppugnacula cōgerere cogebant. In pmixtā oīum ætatū ordinūq; multitudinē: & uagantē in agris magna ex parte inermē Amilcar p̄cenus eqtes emisit: q; uiolare quēq; uetiti tantū: ut excluderēt ex urbe fuga dissipatos: turmas obiecerūt. Dux ip̄e loco sup̄ior castra p̄oit: ūde agros urbēq; possit cōspicere. Brutioq; cohortē adire muros: atq; uocare p̄icipes locresium ad colloquiū iussit: & pollicētes amicitia Annibalis adhortari ad urbem tradēdā. Brutii in colloquio nullius rei p̄rio fides est: deīde ut p̄cenus apparuit ī collibus: & refugietes pauci: aliā oēm multitudinē ī ptate hostiū eē asserebāt: tum metu uicti cōsulturos se populi responderūt. Aduocataq; extēplo cōcione cū & leuissimus qsq; nouas res: nouāq; societate mallet: & quosq; p̄pinqui extra urbē iterclusi ab hostibus erāt: uelut oblidibus datis: pignoratos haberēt aīos: pauci magis taciti p̄barēt constātē fidē: quā p̄batā tueri auderēt: haud dubio in spēm cōsensu fit ad p̄cenos deditio. L. Attilio p̄fecto p̄sidii: quiq; milites cū eo romani erāt: clam in portū deductis atq; ip̄positis in nauibus: ut Regiū deueherent: Amilcarē p̄cenosq; ea cōdicione: ut fœdus extēplo æqs legibus fieret: ī urbē acceperūt. Cuius rei p̄pe nō seruata fide ē deditis: cū p̄cenus dolo dimissum romanū icusaret: locreses p̄fugisse ip̄m causarent. Insecuti ēt eqtes sunt: si quo casu in freto æstus morari: aut deferre naues ī terram possent. Et eos qdem quos seqbant: nō sunt adepti: alias a Messana traiciētis freto Regiū naues cōspexerunt. Milites erāt romani a Claudio p̄tore missi ad obtinēdā urbē p̄sidio: itaq; Regio extēplo abscessum est. Locresibus iussu Annibalis data pax: ut legibus suis liberi uiuerēt. Vrbs pariter & portus ī portestate locresium esset. Societas eo iure staret: ut p̄cenus locrensem: locrensīq; p̄cenum pace ac bello iuuaret. Sic a freto p̄ceni reducti frementibus brutiis: qā Regium ac Locros: quas urbes direpturos se destinauerant: intactas reliquissent. Itaq; per se ipsi conscriptis armatisque iuuentutis suæ millibus. xv. ad Crotenē oppugnādum pergunt: ire: græcā & ipsam urbē: & maritimā plurimum accessurū opibus: si ī ora maris portū: ac urbem moenibus ualidam tenuissent: credētes. Ea cura agebat: quod neq; nō accersere ad auxiliū p̄cenos satis audebāt: nequid nō pro sociis egisse uiderētur & si p̄cenus rursus magis arbiter pacis: q; adiutor belli fuisset: ne ī libertatē Crotonis: sicut ate Locros: frustra pugnaretur. Itaq; optimum uisum est ad Annibalē mitti legatos: caueriq; ab eo: ut receptus Croto brutioq; esset. Annibal: cū p̄sentiū eā cōsolationē esse respōdisset: & ad Hānonē eos reiecisset: ab Hānone nihil certi allatū: nec enī diripi uolebāt nobilē atq; opulētam urbē: & sperabāt: cū brutii oppugnarēt: p̄cenos nec probare: nec iuuare eā oppugnationē appareret: eo maturius ad se defecturos. Crotone nec cōsiliū unū iter populares: nec uolūtas erat. Vnus uelut morbus inuaserat oēs Italiae ciuitates: ut plebs ab optimatibus dissentiret, senatus romanis faueret: & plebs ad p̄cenos retraheret. Eam dissensionē in urbē nunciat perfuga quis brutiis. Aristomachū esse p̄cipē plebis: tradēdāq; auctore urbis: & ī uasta urbe letaq; oībus disiectis moenibus partitas stationes: custodiasq; senatoq; ac plebis eē q̄cūq; custodiāt: hoīes plebis: ea patere adiutū. Auctore ac duce pfuga brutii corona cixerūt urbē: acceptiq; a plebe primo ip̄etu locos oēs: p̄ter arcē cepere. Arcē optimates tenebāt p̄parato iā ate ad talē casum pfugio. Eodē Aristomachus pfugit: tāq; p̄cenis: nō brutiis auctor urbis tradēdæ fuisset. Vrbs Croto murū ī circuitu patētē. xii. millia passuū habuit ate pyrri aduētū ī Italiā. Post uastitatē eo bello factā uix pars dimidia habitabatur. Flumē: qđ medio oppido fluxerat: extra frēntia tectis loca p̄terfluebat muros: p̄cul iis: q; inhabitabatur: sex millia aberat ī urbe nobili tēplū: ipsa urbe erat nobilior. Lacinia lunonis sanctū oībus circa populis. Lucus ibi frēnti silua: & p̄ceris abietis arboribus septus: læta ī medio pasua habuit: ubi oīs generis sacrū deæ pascebat pecus sine ullo pastore: separatiq; gressi cuiusq; generis greges nocte remeabāt ad stabula. Nunq; īsidiis ferarū nō fraude uiolati hoīum. Magni ergo fructus ex eo pecore capti: colūnaq; ide antea solida facta: & sacrata est: iclytumq; tēplū diuitiis ēt nō tātum sanctitate fuit. Ad miracula aliq; affingūtur plerūq; tā īsignibus locis: fama est arā eē ī uestibulo tēpli: cuius cinerē nullus unq; moueat uetus. Et arx Crotonis una parte iminens mari: altera uergēte ī agrū situ tātū naturali quōdā munita: postea & muro cincta: quo p̄ auersas rupes ab Dionysio Siciliae tyrāno p̄ dolū fuerat capta: eā tū arcē satis: ut uidebatur: tutā crotoniatū optimates tenebāt: circūsedēte cū brutiis eos ēt plebe sua. Postremo brutii: cū suis uiribus īexpugnabile uiderēt arcē: coacti necessitate Hānonis auxiliū īplorāt. Is cōditiōibus ad deditiōē cōpelleret crotoniatas conatus: ut coloniā brutioq; eo deduci: antiquaq; frēntiā eoz; recipere: uastā ac desertā bellis urbē paterētur: oīum neminē p̄ter. Aristomachū mouit: morituros se affirbabāt citius: q; imixti brutiis ī alienos mores: ritus: legesq; & mox liguā uerterēt. Aristomachus unus q̄do nec suadēdo ad deditiōē satis ualebat: nec sicut urbē pdiderat: locū pdēdæ arcis iueniebat: transfugit ad Hānonē. Locres breui post legati cū p̄missu Hānonis arcē itraissent: p̄suadēt: ut traduci se ī Locros paterētur: nec ulū

Locrorum ad p̄cenos deditio

Vetus crotonis magnitudo

ma experiri uellent. Iam hoc: ut sibi liceret: impetrauerat & ab Annibale: missis ad idipsum tum legatis ita Crotona excessum ē. Deductiq; crotoniatæ ad mare naues cōscendūt. Locros oīs multitudo abeūt. In Appulia ne hyems quidē quietā iter romanos atq; Annibalem erat. Luceriae Sēpronius cōsul. Annibal aut pcul Arpis hybernabat. Inter eos leuia p̄lia ex occasione: aut opportunitate huius: aut illius partib; oriebatur: meliorq; eis romanus: & ī dies cautior: tutiorq; ab īsidiis fiebat. In Sicilia romāis oīa mutauerat mors Hieronis regnumq; ad Hieronymū nepotem eius translātū puerū uixdū libertatē: nedū dominationē modice lecturū: læte id ingētiū tutores atq; amici ad præcipitandū in oīa uitia acceperūt. Quæ ita futura cernens Hiero: ultima senecta uoluisse dicitur liberas Syracusas relinquere ne sub dominatione puerili per ludibriū bonis artibus partū firmatumq; iteriret regnū. Huic cōsilio eius summa ope obstiterē filia: nomē regiū penes puerū futurū rata: regimē regē oīum penes se: uirosq; suos Andronodog; & Zoilū: nā ii tutores primi relinquebant. Non facile erat nonagesimū iam agentī annum circūfesso dies: noctesq; muliebribus blāditiis liberare animū: & cōuertere ad publicā priuatamq; curā. Itaq; tutores numero quindecī puero reliquit: quos p̄catus ē moriēs: ut fidē erga populū romanū. Iam nos ab se cultam inuiolatā seruarēt. Iuuenēq; suis potissimū uestigiis īsistere uellēt disciplinæq; ī q̄ edoctus esset. Post hæc mādata cū expirasset: tutores p̄deūt: testamēto plato: pueroq; ī concionē producto (erat at tunc. xv. ferme annog;) paucis: q; p̄ concionē ad excitādos clamores dispositi erāt: approbātibus testamētum cæteris uelut patre amisso: ī orba ciuitate oīa timētibus: funus fit regium magis amore ciuiū & caritate: q̄ cura suog; celebre. Deīde cæteros tutores summouet Andronodorus: iuuenē iam esse dictitās Hieronymū: ac regni potētem: deponēdaq; tutela: quæ ipsi cū pluribus cōis erat ī se unū oīum uires conuertit. Vix quidem ulli bono: moderatoq; regni facilis erat: fauor apud syracusanos: succedenti tanta caritate Hieronis: uerum enim uero Hieronymus: uelut suis uitiiis desiderabilem efficere uellet alium primo statim conspectu omnia: quam disparia essent: ostendit: nam qui per tot annos Hieronem filiumq; eius Gelonem nec uestis habitu: nec alio ullo insigni differentes a ciuib; cæteris uidiscent: & aspexere purpurā: ac diadema: ac satellites armatos: quadrigisq; et alborum equorum ex regia procedentem more. Dionysii tyranni. Hunc tam superbū apparatus habitumq; conuenientes seq̄bantur mores contemptus oīum hominum: superbæ aures: contumeliosa dicta: aditus nō alienis modo: sed tutoribus etiam difficilis libidines nouæ: inhumana crudelitas: itaq; tantus omnis terror inuaserat: ut quidam ex tutoribus aut morte uolūtaria: aut fuga præuenterent metum suppliciorum. Tres ex iis: quibus solis aditus in domū familiarior erat Andronodorus & Zoilus generi Hieronis & Thraso quidam de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur. Tendendo autem duo ad carthaginienses. Thraso ad societatem romanam: certamine: ac studiis interdum in se conuertebant animum: adolescentium Coniuratio in tyranni caput facta: indicatur per Calonem quendam æqualē Hieronymi: & iam inde a puero in omnia familiaria iura assuetum. Index unum ex coniuatis Theodorum: a quo ipse appellatus erat: noīare potuit: qui cōm̄phensus: extemploq; traditus Andronodoro torquendus de se ipse haud cūctanter factus cōscios celabat. Postremo cum oībus itolerādis patiētiae humanæ cruciatibus laceraret: uictū malis se simulās auertit a cōscis in fontes idicium Thrasonē eē auctore cōsiliū menti: nec nisi tam potēti duce cōsifos rem tantā aufuros: ab latere ide eos nominat tyrāni: quorū capita uilissima fingēti irer dolores gemitusq; occurrere. Maxime aīo tyrāni credibile idicium Thraso noīatus fecit. Itaq; extemplo tradit ad supplicium: adiectiq; p̄cæ cæteri iuxta īfontes: cōscioq; nemo cū diu socius cōsiliū torqueret: aut latuit: aut fugit. Tantū illis ī uirtute ac fide Theodori fuit fiducia: Tantumq; ipsi Theodoro uiriū ad arcana occultāda. Itaq; qd̄ unū uinculū cū romanis societatis erat: Thrasone sublato e medio extemplo haud dubie ad defectionē res spectabat. Legatq; ad Annibalē missi: ac remissi ab eo cum Annibale nobili adolefcētulo: Hippocrates & Epicides nati Carthagine: sed oriundi a Syracusis exule auo: p̄ceni ipsi materno genere: p̄ hos iūcta societas Annibali ac syracusano tyrāno. Nec inuito Annibale apud tyrānum māserunt. Ap. Claudius p̄tor: cuius Sicilia puincia erat: ubi ea accepit: extemplo legatos ad Hieronymū misit: qui cū sese ad renouādā societate: q̄ cū auo fuisset: uenisse dicerent: p̄ ludibriū auditi: dimissiq; sunt: p̄quirēte p̄ iocum Hieronymo: Quæ fortuna eis pugnae ad Canas fuisset: uix credibilia. n. legatos Annibalis narrare: uelle: qd̄: ueri sit: nunciari: scireq;: ut ex eo utrā spē sequat: cōsiliū capiat. Romani: cū serio legationes audiri cōpissent: redituros se ad eū dicētes eē: merito magis eo: quā rogato: ne fidē temer̄ mutaret: pficiscunt. Hieronymus legatos Carthaginē misit ad foedus ex societate cū Annibale faciēdum. Pacto cōuenit: ut cū romanos Sicilia expulissent: id aut breui fore: si naues atq; exercitū misissent: Himera amnis: q̄ ferme īsulam diuidit: finis regni syracusani: ac punici īperii eēt. Aliā deīde īflatus assentationibus eog;: q̄ eū nō Hieronis tantū: sed Pyrrhi et regis materni aui iubebat meminisse: legionē misit: qua æquū cēlebat: Sicilia sibi oēm cedi. Italiae īperii p̄priū q̄ri carthaginēsi populo. Hāc leuitatem aī: ac iactationē neq; mirabant in iuene furioso: neq; arguebat: dū modo auerterent eum ab romanis. Sed oīa in eo p̄cipitia ad exitiū fuerūt: nā cum p̄missis Hippocrate: atq; Epicide cū binis millibus armator; ad tēptādas urbes: q̄ p̄sidiis tenebant romanog;: & ipse ī leontinos cum cætero oī exercitū: erāt aut ad. xv. millia peditū eq̄tumq;: p̄fectus eēt: liberas aedes coniuati & oēs forte militabāt: iminētes uia angustæ: q̄ descēdere ad forū rex solebat: sumpserunt: ibi cū īstructi armatiq; cæteri trāsītum expectātes starent: unī ex eis Indigemini fuit nomē: q̄a custos corpis erat: partes datæ sunt: ut cum appropinquaret ianuæ rex: p̄ cām aliquā in angustiis sustineret a tergo agmē. Ita ut nō uenerat. factū est: taq; laxaret latū pedē abstricto nodo moratus turbā Indigemines: tantū iterualli

Crotone
ab oī no
bilitate
ē excess
sum

Atq; hie
ronymi
īsolētiā
Vide ne
p̄ calore
sit potis
legēdū

Hiero
nymus
foedus
cū p̄c
no san
cit

TERTIAE DECADIS

fecit: ut cum in pretereunte sine armatis regem impetus fieret: confoderet aliquot prius uulneribus: quam succurrere
 possit. Clamore & tumultu audito in Indigeminem iam haud dubie obstantem tela coniciuntur: pro qua tamen
 duobus acceptis uulneribus euasit: fuga satellitum ut iacentem uidere regem facta est. Interfectores pars in foveam
 in multitudinem laetam libertate: Pars Syracusas pergit a prooccupanda Andronodori: regionumque aliorum consilia.
 Incerto regis statu. Ap. Claudius bellum oriens ex propeinquo cum cereret: senatum litteris certiore fecit.
 Sicilia carthaginensi populo & Annibali conciliari. Ipse aduersus syracusana consilia prouinciam: regnumque
 fines omnia conuertit praesidia. Exitu anni eius. Qu. Fabius ex auctoritate senatus Puteolos pro bellum conceptum fre-
 quentari emporium: communiit: praesidiumque imposuit. Inde Romam comitiorum causa ueniens in eum: quem
 primum diem comitialem habuit: comitia edixit: atque ex itinere proter urbem in campum descendit: eo die cum
 fors prorogatiuae ante iuniorum exisset: eaque. T. Octacilius. M. Aemilius Regulum consules diceret. tum. Qu.
 Fabius: silentio facto: tali oratione est usus. Si aut pacem in Italia: aut bellum cum eo hoste heberemus: in
 quo negligentiae: aut errori locus esset: qui uestris studiis: quae in campum ad mandandos: quibus uelitis:
 honores affertis: moram ullam offerret: is mihi parum meminisse uideretur uestra libertatis. Sed cum in
 hoc bello: cum hoc hoste nunquam ab ullo duce sine ingenti uestra clade erratum sit: eadem uos cura: quam arma-
 ti in aciem descenditis: inire suffragium ad creando consules decet: & sibi sic quaeque dicere. Annibali impe-
 ratori parem consulem nomino. Hoc anno ad Capuam Iubellio Taurea campano summo equiti prouo-
 catus summus romanus eques Asellus Claudius oppositus. Aduersus gallum quondam prouocatum in pote-
 Anienis Mallium fidem & animo & uiribus misere maiores nostri. Ob eandem causam: ut multis annis post
 fuisse non negauerim: cum. M. Valerio non diffideretur aduersus similiter prouocantem capienti gallum
 arma ad certamen. Quae admodum pedites equitesque optamus ut ualidiores: si minus: ut pares hosti ha-
 beamus: ita duci hostium parem imperatorem quaeramus: cum qui est summus in ciuitate dux: eum lege-
 rimus: tum repente lectus: in annum creatus aduersus ueterem ac perpetuum imperatorem comparabit: nul-
 lis neque temporis: neque iuris inclusum angustiis: quominus ita omnia gerat: administretque: ut opera postulant
 belli: nobis autem in apparatu ipso: ac tantum incohantibus res: annus circuegitur. Quonia quales uiros creare
 uos consules deceat satis est dictum: restat: ut pauca de eis: in quos prorogatiuae fauor inclinauit dicam. M.
 Aemilius Regulus flamme est quirinalis: quem neque mittere a sacris: neque retinere possumus: ut non
 deum aut belli deseramus curam. Octacilius sororis meae filiam uxorem: atque ex ea liberos habet.
 Caeterum non ea uestra in me: maioresque meos merita sunt: ut non potiore priuatis necessitudi-
 nibus remp. habeam. Quilibet nauarum: uectorumque tranquillo mari gubernare: potest: ubi scaeva orta
 tempestas est: ac turbato mari rapitur uento nauis: tum uiro: & gubernatore opus: est non tranquillo
 nauigamus: sed iam aliquot procellis submersi poene sumus: itaque quis ad gubernacula sedeat: summa cura
 prouidendum: ac praecauendum nobis est. In minore re experti. T. Octacili operam tuam sumus: haud sane cur ad ma-
 iora tibi fidamus: documentum quicquam dedisti. Classem hoc anno cui tu praesuis: trium regum causa parauimus: ut
 Africae ora popularetur: ut tuta nobis Italiae littora essent: ante omnia ne supplementum cum stipendio: comitatuque ab
 Carthagine Annibali transportaretur. Create consulem. T. Octacilius: non dico si omnia haec: sed si aliquid eorum
 reip. praestitit. Sin autem te classem obtinere: & uelut placato mari quilibet Annibali tuta atque integra ab domo ue-
 nerunt: si ora Italiae infestior hoc anno: quam Africae fuit: quid dicere potes: cur te potissimum ducem Annibali
 hosti opponat: si consul esses: dictatorem dicendum exemplo maiorum nostrorum censeremus: neque tu id indigna-
 ri posses aliquem in ciuitate romana meliorem bello haberi: quam te: magis nullius interest: quam tua. T. Octa-
 cili non imponi ceruicibus tuis: onus: sub quo concidas. Ego magnope suadeo eodem anno: quo si statibus uo-
 bis in aciem armatis repetere deligendi duo imperatores essent: quorum ductu atque auspicio dimicaretis: hodie
 quoque consules creentur: quibus sacramenta liberi nostri dicant: ad quorum edictum conueniant: sub quorum tuetela
 atque cura militent: lacus Trasimenus: & Cannae triste ad recordationem exemplar: at ad praecauendum simile uti-
 les documento sunt. Praerogatiua iuniorum in suffragium reuocata: cum. T. Octacilius ferociter eum continuare
 consulatum uelle uociferaretur: atque obstreperet: lictores ad eum accedere consul iussit: & quia in urbem non inierat
 praeinus in campum ex itinere praefectus admonuit cum securibus sibi fasces praeferi. Interim prorogatiua suffragium
 inuit. Creati in ea consules. Qu. Fabius Max. quartus. M. Marcellus tertius. Eisdem consules caeterae centuriae sine uari-
 atione ulla dixerunt: & praetor unus relictus. Qu. Fuluius Flaccus. ix. Alii creati. T. Octacilius Crassus itere
 Qu. Fabius consulis filius: qui tum aedilis curulis erat. P. Cornelius Lentulus. Comitibus praetorum praefectis. S. C. fa-
 ctum est: ut. Qu. Fuluius extra ordinem urbana esset prouincia: isque potissimum consulibus ad bellum praefectis ur-
 bi praesesset. Aquae magnae & niues eo anno fuerunt. Tyberisque agros inundauit cum magna strage rectorum: pe-
 corumque: & hominum praecipue. Quinto anno secundi punici belli. Qu. Fabius Max. quartus. M. Claudius Marcellus
 tertius. consulatum ineuntes: plus solito conuerterat in se ciuitatis annos. multis. n. annis consulum par non fue-
 rat. Referebant senes: sit. T. Manlium cum. P. Decio ad bellum gallicum: sic postea Papyrium & Coruicum aduersus
 samnites: brutiosque: & lucanum cum tarantino populum consules declaratos. Absens Marcellus consul creatus
 cum ad exercitum esset. Praesenti Fabio atque ipso comitia habente: consulatus continuatus. Tempus ac necessi-
 tas belli: ac discrimen summum regum faciebant: neque aut in exemplum exgreret: aut suspectum cupiditatis imperio
 consulem haberet: quoniam laudabant potius magnitudinem animi: quam cum summo imperatore esse: opus reip. sciret: seque
 tum haud dubie esse: minoris inuidiam suam: siqua ex re oriret: quam utilitatem reip. fecisset. Quo die magi-
 stratum inierunt consules: senatus in capitolio est habitus: decretumque omnium primum: ut consules sortirentur: com-
 pararentque inter se: uter censoribus creandis comitia haberet: priusquam ad exercitum praeficeretur. Prorogatum
 deinde imperium omnibus: qui ad exercitum erant: iussique in prouinciis manere. T. Gracchus Luceria: ubi cum Volonum

Occidi-
tur Hie
romulus
a coniu-
ratis

Vehe-
mens Fa-
bii oratio
ad popu-
lum
Fecisse
legerim
potius quam
fuisse
& ita po-
tiusquam ut

Atque Fa-
bii uerba
ad
Octacili-
um

Qu. Fa-
bii. M.
Marcel-
lus cons.

exercitu erat: Terentius Varro in agro Piceno, M. Pomponius in Gallico & prætoribus prioris anni. Prouin-
 Proprætor. Qu. Minutius obtineret Sardiniam, M. Valerius ad Brundisium oræ maritimæ inten- cia pto
 tus aduersus omnes motus Philippi macedonum regis præesset, C. Cornelio Lentulo prætori Sicilia ribus
 decreta prouincia, T. Octacilio classis eadem: quam aduersus carthaginenses priore anno habuisset. dcretæ
 Prodi-
 Prodigia eo anno multa nūciata sunt: quæ quo magis credebāt simplices ac religiosi hoīes: eo et plu-
 ra nunciabant. Lanuini in æde intus Sospitæ Iunonis coruos nidum fecisse. In Appulia palmā uiridē-
 arsisse, Mantuæ stagnū effusum Mintio anni cruentū uisum. Et Calibus cretā. Et Romæ in foro Boa-
 rio sanguinē pluuisse. Et inuico Istrico fontem sub terra tāta ui aquæ fluxisse: ut serias doliæ: quæ i eo-
 loco erāt: puoluta: uelut impetus torrētis tulerit. Tactum de cælo atrium publicum i Capitolio. Aedē
 in campo Vulcani: nucem in sabinis: publicamq; uiam murum ac portam Gauisiam. Alia uulgata mi-
 racula erant. Hastam Martis Prænestæ sua sponte promotam. Bouem in Sicilia locutum. Infantem in
 utero matris in marrucinis Io triumphē clamasse. Ex muliere Spoleti uig. factum. Adriæ aram i cælo
 speciesq; hoīum circum eam cum candida ueste uisas esse. Quin Romæ quoq; in ipsa urbe secundum
 apum examen uisum esse in foro. Quod mirabile est: quia rarum. Affirmātes qdam: legiones se arma-
 tas in Ianiculo uidere cōcitauerunt ciuitatem ad arma: q cum in ianiculum iuissent: negarūt quēquam
 ibi præter assuetos collis eius cultores apparuisse. Hæc pdigia hostiis maioribus pcurata sunt ex aru-
 spicum responso. Et supplicatio oībus diis: quoq; puluina Romæ sint: iniuncta est præparatis quæ
 ad pacem deum pertinebāt de repu. belloq; gerēdo: & q̄tum copiæ: & ubi quæq; essent: consules ad se-
 natum rettulerunt: duodeuiginti legionibus bellum geri placuit. Binas cōsules sibi sumere placuit. Bi-
 nis Galliam: Siciliamq; ac Sardiniam obtineri. Duabusq; Q. Fabium p̄torem Appuliæ: duabus uolo-
 num. T. Gracchum circa Luceriā p̄esse. Singulas. C. Terentio proconsuli ad Picenum: & M. Valerio ad
 classem circa Brundisium: & duas urbi p̄sidium relinqui. Hic ut numerus legionum compleret: sex
 nouæ legiones erant scribendæ. Eas primo quoq; tempore scribere iussi: & classem parare: ut cum eis
 nauibus: quæ p Calabria littoribus in statione essent. c. l. longarum nauium classis eo anno expleret.
 Delectu habito: & nauibus nouis deductis. Qu. Fabius comitia censoribus creandis habuit. Creati. M.
 Attilius Regulus: & Publius Curius Philus. Cum increbresceret rumor bellum in Sicilia eē. T. Octa-
 cilius eo cū classe p̄ficisci iussus est. Cū deessent nauitæ: cōsules ex senatuscōsulto dixerūt: ut q. L. Aemi-
 lio. C. Flamini cōsulis milibus æris. l. ipse aut pater eius census fuisset usq; ad cētum millia: aut cui
 postea tanta eēt facta: nauitā unū cū sex mēsiū stipēdio daret: Qui supra centū millia usq; ad. ccc. mil-
 lia: tris nauas cum stipēdio annuo: qui supra trecēta millia usq; ad decies æris: qnq; nauas. Qui supra
 decies: septies Senatores: octo nauas cū annuo stipēdio darent: Ex hoc edicto dati nauitæ: armati istru-
 ctisq; ab dominis cū triginta dierū coctis cibariis naues conscenderunt. Tum primū est factum: ut clas-
 sis romana: sociis naualibus priuata ipensa paratis: compleretur. Hic maior solito apparatus præcipue
 conterruit campanos: ne ab obsidione Capuæ bellū eius anni romani inciperent. Itaq; legatos ad An-
 nibalem oratū miserunt: ut Capuam exercitū admoueret. Ad eam oppugnandā nouos exercitus scri-
 bi Romæ: nec ullius urbis defectioni magis insensos eorum aīos esse. Id quia tam trepidi nunciabant:
 maturandū Annibal ratus: ne præuenirent romani profectus Arpis: ad Tifata in ueteribus castris sup
 Capuam conſedit: inde numidis hispanisq; ad p̄sidium simul castrorū simul Capuæ relictis: cum cæte-
 ro exercitu ad lacum Auerni per speciē sacrificandi: re ipsa ut tēptaret puteolos: quicq; ibi p̄sidio erant:
 descendit. Maximus: posteaq; Annibalem Arpis profectū & regredi in Campaniā allatum est: nec die:
 nec nocte intermissō itinere ad exercitum redit. Et. T. Gracchum a Luceria Beneuētum copias admo-
 uere. Qu. Fabiū prætorem (is filius consulis erat) Luceriam Graccho succedere iubet. In Sicilia eodem
 tpe duo p̄tores profecti. P. Cornelius ad exercitū. Octacilius: qui maritimæ oræ: reiq; nauali præesset.
 Et cæteri in suas quisq; prouincias profecti. Et quibus prorogatū imperiū erat: easdē quas priore anno
 regiones obtinuerunt. Ad Annibalem cum ad lacū Auerni esset: quinq; nobiles iuuenes a Tarento ue-
 nerunt: partim ad Trasimenū lacum partim ad Cannas capti: dimissiq; domos cū eadem: qua usus co-
 mitate aduersus oēs romanorum socios p̄cenus fuerat. li memores beneficiorum eius perpulisse ma-
 gnam partem se iuuentutis Tarentinæ referunt: ut Anniballis amicitiam ac societatem: q̄ populi roma-
 ni mallent. Legatosq; ab suis missos rogare Annibalem: ut exercitū propius Tarentum admoueat: si si-
 gna eius si castra conspecta a Tarento sint: haud ullam intercessurā moram: quin urbs dedatur: in po-
 testate iuniorū plebem: in manu plebis rem Tarentinam esse. Annibal collaudatos eos: oneratosq; in-
 gentibus promissis domū ad cœpta maturanda redire iubet: se in tpe affuturum esse. Hac cum spe di-
 missi tarentini. Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi. Urbem esse uidebat tum opulentam
 nobilem: tum maritimam: & in Macedoniam opportune uersam regemq; Philippum hunc portū:
 si trāsiret in Italiam cum Brundisium romani haberent: petiturum. Sacro ide perpetrato: ad quod ue-
 nerat: & dum ibi moratur: peruastato agro cumano usq; ad Miseni promontorium. Puteolos repente
 agmen cōuertit ad opprimendum præsidium romanum. Sex millia hominum erant: & locus muni-
 mento quoq; non modo natura tutus: Triduum ibi moratus p̄cenus ab omni parte tēptato præsidio:
 deinde ut nihil p̄cedebat: ad populādum agrum neapolitanum magis ira: quā potiundæ urbis spe p̄-
 cēssit. Aduentu eius in p̄pinquū agrū nolana mota est plebs: iādiu auersa a romanis: & infesta senatū
 suo. Itaq; legati ad accersendum Annibalem cum haud dubio p̄missō tradendæ urbis uenerunt. Præ-
 uenit in cœptum eorum Marcellus consul a primoribus accitus: die uno Suessulam a Calibus cū Vul-

Art. de/
 cretū in
 cōparā/
 da classe

ad auer-
 nū An-
 nibal sa-
 crificat

visubā
 uirgō si
 hinc sig-
 nolū
 man

turnus annis traicientem moratus esset: contenderat: inde proxima nocte sex millia peditum: equi-
 tesq; .ccc. qui praesidio senatui essent. Nolam intromisit: & uti a consule omnia impigre facta sunt ad p-
 occupandam Nolam: ita Annibal tempus terebat: bis iam ante nequicquam teptata re segnior ac cre-
 dendum nolans factus. Iisdem diebus & Quintus Fabius consul ad Casilinum temptadum: quod p-
 dio punico tenebatur: uenit. Et ad Beneuentum uelut ex composito: parte altera Hanno ex brutiis cu
 magna peditum equitumq; manu: altera. T. Gracchus a Luceria accessit: qui primo oppidum intrauit.
 Deinde ut Hannonem ferme tria millia ab urbe ad Calorem fluuium castra posuisset: & ide agrum po-
 pulari audiuit: & ipse egressus moenibus mille ferme passus ab hoste castra locat. Ibi concionem mili-
 tum habuit: legiones magna ex parte Volonum habebat: qui iam alterum annum libertatem tacite me-
 reri: quam postulare palam maluerant. Senferat tamen hybernis egrediens murmur in agmine esse:
 quaerentium nunquam ne liberi militaturi essent: Scripseratq; senatui: non tam quid desyderarent:
 quam quid meruissent: bona fortiq; opera eorum se ad eam diem usum: neq; ad exemplum iusti mi-
 litis quicquam eis: praeter libertatem deesse. De eo permissum ipsi erat: faceret: e repu. duceret esse. Ita-
 que priusquam cum hoste manum consereret: pronunciat tempus uenisse libertatis eis: quandiu spe-
 rassent potiunda: postero die signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo: ubi sine ullo insidia-
 rum metu uera uirtute geri res posset. Qui caput hostis retulisset: eum se exemplo liberum iussurum
 esse: qui loco cessisset: in eum seruili supplicio animaduersurum. Suam cuiq; fortunam in manu esse:
 Libertatis auctorem eis non se fore solum: sed consulem. M. Marcellum & uniuersos patres: qui consul-
 ti a se: de libertate eorum sibi permississent. Litteras inde consulis: ac senatusconsultum recitauit. Ad quae
 clamor cu ingenti assensu est sublatus: pugnam poscebant: signumq; ut daret extemplo: ferociter istabant
 Gracchus: plio i posterum diem pronunciat: concionem dimisit. Milites laeti: p- cipue qbus merces naua-
 ta in unum diem opere libertatis futura erat armis expediendis: qd reliquum diei fui: consumpserrunt.
 Postero die: ubi signa coeperunt canere: primi oium parati: instructiq; ad p- torium conueniunt. Sole orto:
 Gracchus in aciem copias eduxit. Nec hostes mora dimicandi fecerunt. Decem & septem millia peditum
 erat: maxima ex parte brutii ac lucani. Eqtes. M. cc. inter quos pauci admodum Italici: caeteri numidae fe-
 re oes: mauriq;. Pugnatum est acriter & diu. Quattuor horis neutro inclinata est pugna. Nec alia magis
 romanu ipediebat res: qua capita hostiu p- tia libertati facta. Na ut q; ipigre hoste occiderant: primum
 capita aegre iter turbata: tumultuq; abscindendo tps terebat. Deinde occupata dextra tenedo caput fortissi-
 mus qsq; pugnator ee dsierat. Qd ubi tribui militu Graccho nuciauerunt nemine state ia uulnerari oste
 carnificari iacetes: & in dextris militu pgladiis humana capita ee: signum dari ppere iussit: p-icerent ca-
 pita: inuaderentq; hostem: claram satis & insignem uirtutem esse: nec dubiam libertate futura strenuis
 uiris Tum reditegrata pugna est & eques et in hostem emissus. Quibus cum impigre numidae occur-
 rissent: nec segnior equitu: q peditum pugna: esset: itez in dubiu adducta res: cum utrinq; duces: roma-
 nus brutiu lucanuq; totiens a maioribus suis uictos: subactosq; poenus macipia romana: & ex ergastu-
 lo militem uerbis obtereret. Postremo p- nunciat Gracchus esse nihil: quod de libertate sperarent: nisi
 eo die fusi fugatiq; hostes essent. Ea demum uox ita aios accendit: atq; renouato clamore uelut alii re-
 pente facti: tanta uir se in hoste intulerunt ut sustineri ultra no possent. Primo ante signani poenoru: de-
 inde signa pturbata. Postremo tota impulsu acies: inde haud: dubie terga data: ruutq; fugientes in ca-
 stra adeo pauidi: trepidiq; ut ne in portis quide: aut uallo qsq; restiterit: ut prope continenti agmine ro-
 mani in secuti nouu deintegro plium inclusi hostiu uallo ediderint: ibi sicut pugna ipeditior in angu-
 stis: ita caedes atrocior fuit: & adiuuere captiui: qui rapto inter tumultu ferro conglobati: & a tergo ce-
 ciderunt poenos: & fuga impedierunt: itaq; minus duomillia hoium ex tanto exercitu: & eo maior pars
 equitu cum ipso duce effugerunt: alii oes caesi: aut capti. Capta & signa duodequadraginta. Ex uictori-
 bus duo millia ferme cecidere: pda ois praeterq hoium captorum militi concessa est. Et pecus exceptu
 est: qd intra dies triginta domini cognouissent. Cu pda honusti i castra redissent: quattuor millia ferme
 uolonu militum: q pugnauerant segnius: nec in castra irruperant simul metu poenae colle haud procul
 castris coeperunt. Postero die p tribunos militu inde deducti: concione militu aduocata a Graccho: supue-
 niunt. Vbi cu proconsul ueteres milites primu: ut put cuiusq; uirtus atq; opa in ea pugna fuerat: milita-
 ribus donis donasset: tuc qd ad uolones attineret: oes ait: malle laudatos a se dignos indignosq; q que-
 qua eo die castigatu esse: qd bonum: faustu: foelixq; reip. ipsiq; esset: oes eos liberos esset iubet. Ad hanc
 uoce cum clamor ingenti alacritate sublatus eet: ac nunc complexi inter se gratulantesq; nunc manus ad
 caelu tollentes bona oia populo ro. Gracchoq; ipsi p-arentur. Tu Gracchus: prisqua oes iure libertatis
 aquassem: inqt: nemine nota strenui aut ignaui militis notasse uolui: nunc p-oluta iam fide publica: ne
 discrimen oie uirtutis ignauiq; pereat noia eoz: qui detrectatae pugnae memores secessionem pauloan-
 te fecerunt: referri ad me iubebo: citatosq; singulos iureiurando adiga nisi quibus morbus ca erit: non
 aliter: q stantes cibum potuq; quo ad stipendia facient: capturos esse. Hanc multa ita aequo aio feretis:
 si reputabitis: nulla ignauiq; nota leuiore uos designari potuisse. Signum deinde colligendi uasa dedit:
 militesq; pdam portantes: agentesq; p lasciuia ac iocum ita ludibundi Beneuentu rediere: ut ab epulis
 celebrem festuq; p die actis: non ex acie reuerti uideretur. Beneuentani oes: turba effusa: cum obuiam
 ad portas exissent: copleti milites: gratulari: uocare in hospitiu: apparatus oia oibus in propatulo aediu
 fuerant: ad ea inuitabant. Gracchuq; orabant: ut epulari permetteret militibus. Et Gracchus ita pmisit:
 in publico epularentur oes ante suas quisq; fores prolata omnia pileati aut lana alba uelatis capitibus

Grac-
 chi pnu-
 ciatio

Teterri-
 ma ho-
 stiu cae-
 des

Aduer-
 te egre-
 gia aiad-
 uersio-
 nem

uolones epulati sunt: accubantes alii: aliiq; stantes: qui simul ministrabant: uescabanturq;: digna res uisu ad simulacrum celebrati eius diei. Gracchus posteaq; Romam rediit: pingi iubet in aede libertatis: quam pater eius in Auentino ex multatitia pecunia faciedam curauit: dedicauitq;. Cum haec ad Beneuentum geruntur: Annibal depopulatus agrum Neapolitanum ad Nola castra mouet. Que ubi aduetare consul sensit. Pomponio praetore cum eo exercitu: qui super Suessulam in castris erat accito ire obuiam hosti parat: ne mora dimicandi faceret. Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per uersam maxime ab hoste portam emittit: circumuectumq; occulte subsequi agmen hostium iubet: ut cum ceptum praedium uideret: a tergo se obiceret. Id errore uiarum: an exiguitate temporis Nero exequi non potuerit: incertum est: absente eo cum praedium commissum est: superior quidem haud dubie romanus erat. Sed quia equites non affuere in tempore: ratio compositae rei turbata est. Non ausus insequi cedentes Marcellus: uincens suis signum receptum dedit: plus tamen duomillia hostium eo die caesa traduntur. Romanis minus, cccc. Solis fere occasu Nero diem noctemq; nequeq; fatigatis equis hominibusq;: ne uiso quidem hoste rediens: adeo est grauius a consule increpatus: ut per se stetit diceret: quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades. Postero die romanus in acie descendit. Poenus tacita etiam confessione uictus castris se tenuit. Tertio die silentio noctis omnia spe Nola potiunda re nunquam prospere temptata: Tarentum ad certiore spem prodicionis proficiscitur. Nec minore animo res romanae domi: quam militiae gerebatur. Censores uacui ab operum locandorum cura propter inopiam aerarii ad mores hominum regendos animum aduerterunt: castigandaq; uicia: quae uelut diutinis morbis agra corpora ex sese gignunt: nata bello erant. Primum eos citauerunt: qui post canensem pugnam reppererunt. Italiaq; excessisse uelle dicebantur. Principes eorum. M. Cecilius Metellus: qui quaestor tunc forte erat. Iussu deinde eo caeterisque eiusdem noxae reus causam dicere: cum purgari nequissent: pronunciarunt uerba orationeq; eos aduersus rempublicam habuisse: quo coniuratio deserenda Italiae causa fieret. Secundum eos citati nimis callidi exoluedi iurisiurandi interpretes: qui captiuorum ex itinere regressi clam in castra Annibalis solutum: quod iurauerant redituros: rebantur. His superioribusq; illis equi adempti: qui publicum equum habebant: tribuq; moti aerarii omnes facti. Neque senatu modo. aut equestri ordine regendo: cura se censorum tenuit: nota omnium ex iuniorum tabulis excerpserunt: qui quadriennio non militassent: quibus neque uacatio iusta militiae: neque morbus causa fuisset. Et ea supra duomillia hominum in aerarios relata tribuq; omnes moti additumque inerti censoriae notae triste senatus consultum: ut si omnes: quos censes notassent: pedibus mererent: mitterenturq; in Siciliam ad canensis exercitus reliquias. Cui generi militum non priusquam pulsus Italia omnis hostis esset: finitum stipendiorum tempus erat. Cum censes ob inopiam aerarii se iam locationibus abstinerent: aedium sacrarum tuendae curuliumq; equorum praediorum: ac similia his rerum conuenere ad eos frequentes: qui hastarum huius generis assueuerant: hortatiq; censes: ut omnia perinde agerent: locaretq;: ac si pecunia in aerario esset: neminem nisi bello confecto ab aerario pecuniam petiturum esse. Conuenere deinde domini eorum: quos. T. Sempronius ad Beneuentum manu miserat: accessitq; se ab triuuiris mensoribus esse dixerunt: ut praeterea seruorum acciperent: caeterum non antequam bello confecto accepturos esse. Cum haec inclinatio animorum plebis ad sustinendam inopiam aerarii fieret: pecuniae quoque pupillares primo: deinde uiduorum ceptae conferri: nusquam eas tutius sanctiusque deponere creditibus: qui deferebant: quam in publicam fidem: inde si quid emptum: paratumq; pupillis ac uiduis foret: a quaestore praescriberetur. Manauit ea priuatorum benignitas ex urbe etiam in castra: ut non eques: non centurio stipendium acciperet: mercennariumq; increpantes uocaret: qui accepisset. Q. Fabius consul ad Casilinum castra habebat: quod duomillium campanorum: & septingentorum militum Annibalis tenebatur praesidio. Praerat Staius Metius missus ab G. Magio Attelano: qui eo anno medistuticus erat: seruitiaq; & plebem praemiscue armabat: ut castra romana inuaderet: intento romano consule ad Casilinum oppugnandum. Nihil eorum Fabium fefellit: itaque Nola ad collegam mittit: altero exercitu: dum Casilinum oppugnaret: opus esse: qui campanis opponatur: uel ipse relicto Nola praesidio modico ueniret: uel si eum Nola teneret: & necdum securae res ab Annibale essent. T. Gracchum praesulem a Beneuento accitit. Hoc nuncio Marcellus duobus militum millibus Nola in praesidio relicto: cum caetero exercitu Casilinum uenit: Aduentumq; eius campani iam mouentes sese conuerterunt: ita a duobus consulibus Casilinum oppugnari ceptum: ubi cum multa succedentes temere moribus romani milites acciperent uulnera: neque satis inceptis succederet. Fabius omittere da rem paruam: ac iuxta magnis difficilem: abscedendumq; inde censebat: cum res maiores instaret. Marcellus multa magnis ducibus sicut non aggredienda: ita semel aggressis non dimittenda esse dicendo: quia magnae famae momenta in utraque parte fierent: tenuit ne in cepto abiretur. Vineam inde: omniaq; alia operum machinationumq; genera cum admouerentur: campaniq; Fabium oraret: ut abire Capuam tuto liceret: paucis egressis: Marcellus portam: qua egrediebatur: occupauit: caedesq; praemiscue circa portam primo: deinde irruptione facta: etiam in urbe cepta est fieri. Qui quaginta fere primo egressi campanorum: cum ad Fabium confugissent: praesidio eius Capuam perueniunt. Casilinum inter colloquia: cum cunctationeq; petentium fide per occasionem captum est: captiui quique campanorum: quiue Annibalis militum erant: Romam missi: atque ibi in carcere inclusi sunt. Oppidanorumq; turba per finitimos populos in custodia diuisa. Quibus diebus a Casilino re bene gesta recessum est: eis Gracchus in lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas cum praefecto sociorum in agros hostium praedatum misit: eos effuse palantes Hanno adortus: haud multo minorem: quam a Beneuento acceperat reddidit hosti cladem: atque in brutios raptim ne Gracchus assequeretur: concessit. Consules: Marcellus retro: unde uenerat: Nola rediit: Fabius in Samnium ad populandos agros recipiendisque armis: quae deserant: urbes praecessit. Claudinus Samnis grauius deuastatus perusti populatiq; late agri: praedae pecudum hominumq; actae: oppida uel capta: Copulteria: Telesia. Compsa. Melae. Fuisulae: & Orbitanium. Ex lu

uictor
marcel/
lus ad
duomil
lia hosti
um ceci
dit

M. Ceci
lius Me
tellus

2
3
4

puata
studia
in repu
blicam

Casili/
num ca
pit &
romanis

TERTIAE DECADIS

canis Blandæ. Appulogæ Ancæ oppugnata. Millia hostiū i his urbibus. xxv. capta: aut occisa. Et recepti perfugæ. ccc. lxx. Quos cū Romā misisset cōsul: uirgis i comitio cæsi oēs: ac de saxo deiecti. Hæc a. Qu. Fabio inter paucos dies gesta. Marcellū a gerendis rebus ualitudo aduersa Nolæ tenuit. Et a p̄tore, Q. Fabio cui circa Luceriā puincia erat. Accua oppidū per eos dies ui captū: statiuq; ad Ardoneas cōmunita. Dum hæc aliis locis ab romanis gerūtur: iam Tarētum peruenerat Annibal cū maxima omniū: quacunq; ierat: clade. In tarentino demū agro pacatū incedere agmen cœpit: nihil ibi uiolatū: neque uiq; uia excessum ē: apparebatq; id non modestia militū: aut ducis: nisi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri. Cæterę cum prope iam mœnibus accessisset: nullo ad conspectum primi agminis: ut rebat: motu facto: castra ab urbe ferme passus mille locat. Tarentū triduo: ante quam Annibal ad mœnia accederet a. M. Valerio proprætore: q; classi ad Brundusiū præerat: missus is priore iuuentute conscripta: dispositisq; ad omnes portas: circaq; muros: qua res postulabat: stationibus: die ac nocte plurimum intentus: neq; hostibus: neq; dubiis sociis loci qcq; præbuit attēptandum. Sicq; diebus aliquot ibi frustra consumptis: Annibal: cum eorū nemo qui ad lacū Auerni adissent: aut ipsi uenirent: aut litteras: nunciū ue mitterēt: uana promissa se temere secutū cernēs: castra inde mouet. Tum quoq; intacto agro Tarentino: q̄q; simulata lenitas nōdū profuerat: tamē spe labefactadæ fidei haud absistēs: Salapian: tēdit: eorū frumentum ex agris Metapōtino atq; Heracliensi: iam media æstas exacta erat: & hybernis placebat locus: cōportat. Prædatū idē numidæ: mauriq; p̄ salentinū agrū: p̄ximosq; Appuliæ saltus dimissi: unde cæteræ p̄dæ haud multū: equorū greges maxime abacti: e qbus ad quattuormillia domāda eqtibus diuisa. Romani cū bellū neq; contemnedū i Sicilia oriretur: morsq; tyrāni duces magis ip̄gros dedisset Syracusanos: quā causam: aut animos mutasset. M. Marcello alteri consulū eam prouinciam decernūt.

Secundū Hieronymi cædem priō tumultuatū i leontinis apud milites fuerat: uociferatūq; ferociter parentādū regi sanguine coniuratorum eē. Deīde libertatis restitutæ dulce auditū nomē crebro usurpatū: spes facta ex pecunia regia largitionis militi: ac fungendi potioribus ducibus: & relata tyrāni fœda scelera: fœdioresq; libidines adeo mutauere aīos: ut insepultū iacere corpus pauloante desyderati regis paterent. Cū cæteri ex cōiuratis ad exercitū obtinendū remāsissent. Theodorus & Sosis regis eqs: quāto maximo cursu poterāt: ut ignaros omniū regios opprimerent. Syracusas cōtendunt. Cæterę præuenerat non fama solū: qua nihil i talibus rebus ē celerius sed nūcius etiā ex regis seruis. Itaq; Andronodorus & insulam: & arcem: & alia quæ poterat: quæq; opportuna erāt: p̄sidiis firmarat Hexaphoro Theodorus: & Sosis post solis occasum obscura luce inuecti cum cruētam regiā uestē: atq; i s̄igne capitis ostē tarent: trauecti p̄ Thincam simul ad libertatē: simul ad arma uocantes i Acradinam conuenire iubent. Multitudo pars procurrat in uias: pars in ædium uestibulis stat: pars ex tectis: fenestrisq; prospectant: & quid rei sit: rogitant: oīa luminibus collucent: strepituq; uario cōplentur. Armati locis patentibus congregantur. Inermes ex olympii Iouis templo spolia gallogæ illyricorūq; dona data Hyeroni a Po. Ro. fixaq; ab eo detrahunt: p̄cantes Iouem: ut uolens propitius præbeat sacra armā pro patria: pro deum delubris: pro libertate sese armantibus. Hæc quoq; multitudo stationibus p̄ principes regionū urbis dispositis adiūgitur in insula: iter cætera Andronodorus p̄sidiis firmat horrea publica: locus saxo quadrato septus: atq; arcis in modum emunitus: capitur a iuuetute: quæ p̄sidio eius loci attributa erat: mittuntq; nuncios i Acradinā: horrea frumentūq; i senatus p̄tate eē. Luce priā populus oīs armatus inermisq; i Acradinā ad curiā conuenit: ibi pro Concordiæ ara: quæ in eo sita loco erat: ex principibus unus nomine Polyneus cōcionē: & liberā: & moderatā habuit. Seruitudinis idignitatēq; hoīes expertos aduersus notū malum irritatos esse. Discordia ciuili: quas ip̄portet clades: audisse magis a patribus syracusanos quā ipsos uidisse. Arma qd̄ impigre cepissent: laudare: magis laudatūq;: si nō utantur: nisi ultima necessitate coacti: in præsentia legatos ad Andronodogē mitti placere: ut in potestate senatus ac populi sit: portæ insulæ pateant: reddat p̄sidiū: si tutelam alieni regni suū regnum uelit facere: eundem se cēfere: multo acrius ab Andronodoro: quā ab Hieronymo repeti libertatem. Ab hac concione legati missi sunt. Senatus haberi inde cœptus est: quod sicut regnante Hierone manserat publicū cōsiliū: ita post mortem eius ante eā diem nulla de re neq; cōuocati: neq; cōsulti fuerāt. Ut uentū ad Andronodogē est: ipsum quidē mouebat & ciuiū cōsensus: & cū aliæ occupatæ urbis partes: tum pars insulæ uelut munitissima prodita: atq; alienata a se. Euocatū eum a legatis Damarata uxor filia Hieronis iflata adhuc regis animis ac muliebri spiritu admonet sæpe usurpatæ Dionysii tyrāni uocis: qua pedibus tractum: nō infidentē equo relinquere tyrānidem dixerit debere: facile esse momento: quo quis uelit cedere possessione magnæ fortunæ: facere & parare eam difficile atq; arduū esse: paululum sumeret spatii ad consultantum ab legatis: eo uteretur ad accersendos ex leontinis milites: quibus si pecuniā regiam pollicitus eēt omnia in potestate eius futura. Hæc muliebria consilia Andronodorus neq; tota aspernatus est: neque extemplo accepit: tutiorem ad opes affectandas ratus esse uia: si in præsentia temporis cessisset. Itaq; legatos renunciare iussit: futurum se in senatus ac populi potestate. Postero die luce prima patefactis insulæ portis: in forum Acradinæ uenit. Ibi in arā Concordiæ: ex quo pridie Polyneus cōcionatus erat: ascendit: orationemq; eam orsus est: qua primū cūctationis suæ ueniā petiuit. Se enim clausas habuisse portas: nō separantem suas res a publicis: sed strictis semel gladiis timentē quis finis cædibus esset futurus: utrum: quod satis libertatis foret: contenti nece tyrāni essent: an quicunq; aut propinquitate: aut affinitate: aut aliquibus ministeriis regiam cōtigissent: alienæ culpæ rei trucidarentur. Posteaquam animaduertit eos: qui liberassent patriam: seruare etiam liberatā uelle: atq; cōsuli i mediis: nō dubitasse: & qn &

Syracusanus motus

Vox uere Tyrāno digna

In ea caſtra Claſſius Altinius arpinas clā nocte cū tribus ſeruis uenit p- mittēs: ſi ſibi p- mio foret: Ar- pos p- diturū eē. Cū eā tūc rē ad cōſiliū retuliſſet Fabius Altinius p- trāſſuga uerberādus: necādusq; uideri ancipitis ai cōis hoſtis: q̄ poſt cānenſem cladē: tāq; cū fortuna fidē ſtare oporteret: ad Annibalē diſceſſiſ- ſet: traxiſſe q; ad defectionē Arpos: tū poſtea q; res romana cōtra ſpem uotaq; eius uelut reſurgeret: tur- pius uideat nouā referre p- ditionē: ut p- ditis p- ſeptēuiriſ iudicio eſſet: ſempq; aliūde ſentiret: iſidus ſo- cius: uanus hoſtis: ad ſalerioꝝ: Pyrrhiue p- ditorem tertiū trāſſugis documētū eēt: Cōtra ea cōſulis pa- ter Fabius: tēporē oblitos hoīes: in medio ardore belli tāq; in pace: libera de quoq; arbitrari & agere aie- bat: & cum illud potius agendū: atq; eis cogitādū ſit: ſi quo mō fieri poſſit: ne q̄ ſocia a populo romano deſciſcant: & nō uocitēt: documētū aut dicat ſtatui oportere: ſiq; reſipiſcat: & antiq; ſocietate reſpiciat. Qd̄ ſi abire ab romanis liceat: redire ad eos nō liceat: qd̄ dubiū eēt: qn breui deſyderata a ſociis romana res ſœderibus p- uicis oīa in Italia iūcta uiſura ſit: Se tamē nō eū eē: q̄ Altinio fidei qcq; cēſeat habēdū ſed mediā cōſecuturū cōſilii uia: neq; eū p- hoſte neq; p- ſocio ī p- ſentia hitū: libera custodia had̄ p- cul a caſtris placere: in aliqua fida ciuitate eū ſeruari p- belli tps: p- petrato bello: tum cōſultādum utrū defectio prior plus merita ſit p- enæ: an hic reditus ueniæ. Fabio aſſenſum eſt: cathæniſq; ligatus: tradiſ: & ipſe: & co- mites: & auri ſatis: qd̄ magnū p- dū ſecū tum attulerat: ei ſeruari iuſſum. Calibus eū iter diu ſolutū cu- ſtodes ſequebant: nocte clauſum eſſeruabāt. Arpis. domi primū deſyderari q̄riq; eē coeptus dein fama p- totā urbē uulgata: tumultū p- principe amiſſo ſecit: metuq; reꝝ nouarū extēplo nūci ad Annibalē miſſi Quibus nequa q̄ offenſus p- enus: q̄a & ipſum: ut ambigua fidei uiḡ ſuſpectum iā pridē habuit: & cām nactus erat: tam ditis hoīs bona poſſidendi: uendēdiq;. Ceteræ ut iræ magis: quā auaritiæ datum cre- derēt hoīes: crudelitati quoq; grauitatē addidit: cōiugemq; eius: ac liberos in caſtra accitos: q̄ſtione ha- bita: primū de fuga: deīde q̄tum auri argētīq; relictū eēt: ſatis cognitū oībus: uiuos cōbuſſit. Fabius ab Sueſſula p- ſectus: Arpos primū iſtituit oppugnare: ubi cum a mille fere paſſibus caſtra poſuiſſet: con- tēplatus ex p- piquo ſi tū urbis moeniāq; q̄ pars tutiſſima moenibus erat: q̄a maxie neglectā custodia ui- det: eā potiſſimum aggredi ſtatuit. Comparatis oībus: q̄ ad urbes oppugnādas uſui ſunt: cēturiōnū ro- bora ex toto exercitu delegit. Tribunorūq; uiros fortes eis p- fecit: & milites ſexcētos: q̄tum ſatis uiſum ē: attribuit: eoſq; ubi q̄rtæ uigiliæ ſignum ceciniffet: ad eum locum ſcalas iuſſit ferre: porta ibi humilis: & anguſta erat: uia iſfrequēti p- deſertā partem urbis. Eam portam ſcalis prius trāſgreſſos ad murū p- gere & ex iſteriore parte clauſtra iſfringere iubet: & tenētes partē urbis cornu ſignū dare: ut ceteræ copię admouerent parata: oīa: atq; iſtructa ſeſe eē habiturū: Ea ipigre facta & qd̄ iſpedimētū agētibus fore ui- debat: id maxie ad fallēdū iuuit. Imber a nocte media coortus: cuſtodes uigileſq; dilapſos ex ſtatiōibus

Arpi no
ctu reci
piunt

Vide
de
O
T. 2
V. 2
S. 2

in V

Aternū

i galia

ubi res

gerebat

nō repe

rio qre

uide ne

cliternū

sit legē

dum

Syphax

cartha.

hostis

factus

in

in

in

Q. Staz

torius

in

in

in

in

Syphax

rex fit

ro. ami

cus Ga

la Masi

nissa

in

in

Quādo

ro. Mer

cenariū

habere

ceperit

militē

suffugere in tecta coegit: sonituq; largioris pcellæ strepitū demoliētium portas exaudiri phibuit: leu-
 tior deide æq̄liorq; accedēs auribus magnā partē hoīum sopiuit. Posteaq; portā tenuerūt. cornicines in
 uia paribus iteruallis dispositos canere iubēt: ut cōsulē excitaret. Id ubi factū excōposito est signa efferri
 iubet consul: ac pauloatē lucē p effractā portā urbē igredit. Tum demū hostes excitati sunt: iā & imbre
 cōquiescēte: & p̄p̄inqua luce. Præfidiū in urbe erat Annibalis qnq; ferme millia armatorū: & ipsi arpini
 tria millia hoīum armabāt. Eos primos p̄ceni neqd ab tergo fraudis eēt: hosti opposuerūt: pugnatum
 priō in tenebris angustiisq; uis est: cū romani nō uias tantū: sed tecta ēt p̄xima portæ occupassent: ne
 peti sup̄ne: aut uulnerari possent. Cogniti iter se qdā arpini & romani: atq; inde colloq̄a cœpta fieri: p̄
 cunctātibus romanis qd sibi uellēt arpini: quā obnoxā romanorū: qd ob meritū p̄cenoꝝ: p̄ alienige-
 nis ac barbaris Italici aduersus ueteres socios romanos bellū gererēt: & uectigalē ac stipēdiariā Italiam
 Africæ facerēt: Arpinis purgātibus ignaros oīum se uenū a p̄cipibus datos: p̄cēne captos oppressosq;
 a paucis esse. Initio orto plures cū pluribus colloqui. Postremo p̄tor arpinus ab suis ad cōsulem dedu-
 ctus: fideq; data iter signa: aciesq; arpini repēte p̄ romanis aduersus carthaginēses arma uerterunt. Hi
 spani quoq; paulo minus mille hoīes nihil p̄terea cū cōsule pacti: quā ut sine fraude puniū emittere
 p̄sidium: ad cōsulem trāstulerūt signa: carthaginēsis portæ patefactæ: emissiq; cū fide icolumes Sala-
 piam ad Annibalem uenerunt. Arpi sine clade ullius p̄terq; unius ueteris p̄ditoris: noui pfugæ restituti
 ab romanis. Hispanis duplicia cybaria dari iussa: operaq; eorū forti ac fideli p̄sape respu. usa est. Cū
 cōsulum alter in Appulia: alter in lucanis eēt: eqtes. c. duodecim nobiles campani p̄ speciem p̄dandi ex
 hostium agro p̄missū magistratuum p̄fectia Capua ad castra romanorū: quæ super Suesulam erant
 uenerunt: stationi militū: qui essent: dixerunt: colloqui sese cum p̄tore uelle. Gn. Fuluius castris p̄erat:
 cui ubi nunciatum est. x. ex eo numero iussis inermibus duci ad se: ubi quæ postularent: audiuit: nihil
 autem aliud petebāt: quā ut Capua recepta bona sibi restituerent: in fidem oēs accepti. Et ab altero p̄-
 tore Sempronio Tuditano oppidum Cliternum expugnatum: amplius septuaginta hoīum capta: &
 æris argentiq; signati aliquantum. Romæ sœdum incendium per duas noctes: ac diem unum tenuit.
 Solo æquata oīa inter Salinas ac portam Carmentalem cum Aequimilio. Iugarioq; uico. In tēplo For-
 tunæ: ac matris Matutæ: & spei extra portam lateq; uagans ignis sacra p̄fanatq; multa absumpsit. Eo-
 dem anno. P. & Gn. Cornelii: cum in Hispania res p̄sperē eēt multosq; & ueteres reciperēt socios: &
 nouos adiicerēt: in Africam quoq; spem extēderūt. Syphax erat rex numidarū subito carthaginēsis
 hostis factus: ad eū cēturiones tres legatos miserūt: q cū eo amicitia societateq; facerēt: & pollicerent: si
 p̄seueraret urgere bello carthaginēses: gratā eam rē fore senatui populoq; romano: & annisuros ut in
 tpe & bene cumulatā gratiā referāt. Grata ea legatio barbato fuit. Collocutusq; cū legatis de rōne belli
 gerēdi: ut uetere militum uerba audiuit: q multarū rerum ipse ignarus esset: ex cōparatione tā ordinatæ
 disciplinæ aiaduertit. Tū primū: ut pro bonis ac fidelibus sociis facerēt: orauit: ut duo legationem refer-
 rent ad iperatores suos: unus apud sese magister rei militaris remaneret: rudē ad pedestria bella numi-
 darū gētem esse: equis tantū habilem. Ita iā inde a principiis gētis maiores suos bella gessisse: ita se a pue-
 ris infuetū: sed habere hostem pedestri fidētē Marte: cui se æquari robore uiriū uelit: & sibi pedites cōpa-
 randos esse: & ad id multitudine hoīum regnū abundare. Sed armandi: ornādiq; & istruendi eos artē
 ignorare: oīs uelut forte: cōgregata turba sua iscia & temeraria eēt. Facturos se in p̄sentia: quod uellet le-
 gati responderunt: fide accepta: ut remitteret extēplo eū: si iperatores sui nō cōprobassent factum. Qu-
 Statorio nomē fuit: q ad regē remansit: Cū duobus romanis relata: numidasq; legatos in Hispaniā mi-
 sit ad capiendā fidem ab iperatoribus romanis. Isdē mandauit ut protinus numidas: q intra portas seu
 p̄sidia carthaginensiu auxiliares essent: ad transitionē plicerēt. Et Statorius ex multa iuuetute regni pe-
 dites cōscripsit: ordinatosq; proxime morē romanū istruendo: & decurrendo signa sequi: & seruare or-
 dines docuit: & opi: aliisq; istitutis militaribus ita assuefecit: ut breui rex nō eq̄ti magis fideret: q̄ pediti
 Collatisq; æquo cāpo signis iusto p̄lio carthaginēsem hostē superaret: romāis quoq; i hispania legatorū
 regis aduētus magno emolumento fuit nāq; ad famā eorū transitiones crebræ ab numidis cœpte fieri:
 Ita cū Syphace romanis iūcta amicitia est. Quod ubi carthaginēses acceperūt: extēplo ad Galā i parte al-
 tera Numidiæ (massyla ea gens uocat) regnantē legatos mittūt. Filiū Gala Masinissā habebat septē
 & decē ānos natū. Ceterū iuuenē ea indole: ut iam tū appareret: eius regnū opulētius: q̄ quod accepisset:
 factus. Legati: quoniā Syphax se romāis iūxisset: ut potentior societate eorū aduersus reges: populosq;
 Africæ esset docēt melius fore Galæ quoq; carthaginēsis iūgi quā primū: anteq; Syphax i Hispaniā:
 aut romani i Africā trāseant: opprimi Syphacē: nihil dum p̄ter nomē ex sœdere romano habentē: esse
 Facile persuasum Galæ filio deposcente id bellum: ut mitteret exercitū: q carthaginēsiū legionibus cō-
 iuncti magno p̄lio. Syphacē deuicit. xxx. millia eo p̄lio hoīum cæsa dicuntur. Syphax paucis equitibus
 in maurulios ex acie numidas (extremi prope Oceanum aduersus Gadis colunt) refugit: afflentibusq;
 ad famam eius undiq; barbaris: ingentis breui copias armauit. Cum quibus: antequā in Hispaniam an-
 gusto direptam freto traiceret. Masinissā cum uictore exercitu aduenit. Isq; ibi cum Syphace ingenti
 gloria per se sine ullis carthaginēsiū opibus gessit bellum. In Hispania nihil memorabile gestum: p̄-
 terquā quod celtiberum iuuentutem eadem mercede: quæ pacta cum carthaginēsis erat: imperato-
 res romani ad se perduxerunt: & nobilissimos hispanos supra. ccc. inde in Italiam ad sollicitandos popu-
 lares: q̄ iter auxilia Annibalis erant miserūt. Id modo eius anni in hispania ad memoriā isigne ē: quod
 mercenarium militem in castris neminē: antequam tum celtiberos: romani habuerunt.



VM HAEC IN Africa: atq; in Hispania geruntur. Annibal in agro ta-
rentino aetatem consumpsit spe per prodicionem urbis tarentinorū po-
tiunda. Ipsorū interim salētinorū ignobiles urbes ad eum defecerunt. Eo
dem tempore in brutiis ex. xii. populis: qui anno priore ad pœnos descī-
uerant consentini & turini in fidem populi romani redierunt. Et plures
redissent: ni. C. Pomponius Veientanus præfectus socium aliquot p̄spe-
ris populatiōibus & in agro brutio iusti ducis speciem nactus tumultua-
rio exercitu coacto cum Annone conflixisset. Magna ibi uis hominū: sed
inconditæ turbæ agrestium: seruorumq; cæsa aut capta est: minimumq;
iacturæ fuit: quod præfectus inter cæteros ē captus & tum temerariæ pu-
gnæ auctor: & a te publicanus oībus malis artibus & reipublicæ: & socie-
tatibus infidus: damnosusq;. Sempronius cūsul in lucanis multa p̄lia par-
ua: haud ullum dignum memoratu fecit: & ignobilia oppida lucanorum

aliquot expugauit. Quo diutius trahebatur bellum: & uariabant secūda aduersaq; res nō fortunam ma-
gis: quam animos hominum: tāta religio: & ea magna ex parte externa: ciuitatem incessit: ut aut hoīes:
aut dii repente alii uiderentur facti. Nec iam in secreto modo: atq; intra parietes ab hosteq; temnebant
romani ritus: sed in publico etiam ac foro. Capitolioq; mulierum turba erat: nec sacrificantium: nec p̄-
tantium deos patrio more. Sacrificuli ac uates ceperāt hoīum mētes: quorū numeq; auxit rustica plebs
ex icultis diutino bello: īfestisq; agris: egestate & metu in urbem cōpulsā: & q̄stus ex alieno errore facilis
quē uelut ex cōcessæ artis usu exercebant. Primo secretæ bonorū īdignationes exaudiebant. Deīde ad
patres ēt: & ad publicam q̄rimoniam accessit res. Incusati grauius ab senatu ædiles: triūuiriq; capitales
q; nō phiberēt: cum emoueri eam multitudinē e foro: ac disicere apparatus sacrorū conati ēent: haud
p̄cul abfuit: qn uiolarent. Vbi potētius iam esse id malum apparuit: quā ut minores p̄ magistratus se-
darent. M. Aemylio p̄tori urbis negocium ab senatu datum ē: ut ēt his religiōibus populum liberaret.
Is & in cōcione senatus cōsultū recitauit: & edixit: ut quicūq; liberos uaticinos: p̄cationesq; aut artē sacrifi-
candi cōscriptā haberet: eos liberos oīs: litterasq; ad se ante calēdas apriles deferret. Neu sacroue loco no-
uo: ac externo ritu sacrificaret. Et aliquot publici sacerdotes eo anno mortui sunt. L. Cornelius Lentu-
lus p̄tōfex max. & C. Papyrius. C. F. Masso pontifex: & P. Furius Pilus augur: & C. Papyrius Lamasso
decēuiri sacrorū. In Lentuli locum. M. Cornelius Cethegus: in Papyrii. Gn. Seruilius Cepio pontifices
suffecti sunt. Augur creatus. L. Quintius Flaminius. Decēuiri sacrorum. L. Cornelius Lentulus. Comi-
tiorum consulariū iam appetebat t̄ps. Sed quia consules a bello intentos auocare non placebat. T. Sem-
pronius consul comitiōrū causa dictatorem dixit. C. Claudiū Centonem. Ab eo magister equitū est di-
ctus. Q. Fuluius Flaccus. Dictator primo comitali die creauit cōsules Fuluiū Flaccum magistrū equi-
tū. Ap. Claudiū Pulchrū: cui Sicilia prouincia in p̄tura fuerat. Tum p̄tores creati: Gn. Fuluius Flac-
cus. Claudius Nero. M. Iulius Syllanus. P. Corne. Suilla. Comitibus p̄fectis dictator magistratu abiit. Aē-
dilis curulus fuit eo anno cum. M. Cornelio Cethego. P. Cornelius Scipio: cui post Africanus fuit co-
gnomen. Huic petenti aedilitatem cum obsisterent tribuni plebis: negantes rationē eius habēdam esse
quod nōdū ad petendum legitima ætas foret. Si me: inquit: hoīes quirites aedilem facere uolunt: satis
annorū habeo. Tanto inde fauore ad suffragium ferendū in tribus discursum est: ut tribuni repente in
cōcepto destiterēt. Aedilitia largitio hæc fuit. Ludi romani pro t̄pis illius copiis magnifice facti: & diem
unum instaurati: & congii olei in uicos singulis dati. L. Iulius. T. Apullus. & M. Fundanius ædiles ple-
bei aliquot matronas apud populū probri accusarunt: quasdam ex eis damnatas in exiliū egerunt. Lu-
di plebei per biduum instaurati. Et Iouis epulum fuit ludorum cā. Qu. Fuluius Flaccus. Ap. Claudius
tertū consulatū ineunt. Et p̄tores prouincias sortiti sunt. P. Cornelius Suilla urbanam: & peregrinam:
quæ duorū ante sors fuerat. Gn. Fuluius Flaccus Appulia. Claudius Nero Sueffulā. M. Iulius Syllanus
inter consules. Consulibus bellū cum Annibale: & binæ legiones decretæ. Alter a Fabio superioris anni
consule. Alter a Fuluiō Contumalo acciperet. Prætorū Fuluii Flacci: quæ Luxuriæ sub Aemilio præto-
re Neronis Claudi: quæ in Piceno sub. C. Terentio fuissent: legiones essent. Supplementum in eas q̄sq;
seriberet: si. M. Iunio inter cōsules legiones urbanæ prioris anni data. T. Sempronio Graccho: & P. Se-
pronio. Tuditano imperium prouiciæq; Lucani: & Galliæ cum suis exercitibus prorogata. Item. P. Lé-
tulo quia uetus prouincia in Sicilia esset. M. Marcello Syracusæ: & qua Hieronis regnū fuisset. T. Octa-
cilio classis. Græcia. M. Valerio. Sardinia. Qu. Mutio Scæuolæ. Hispaniæ. P. & Gn. Cornelius: ad ueteres
exercitus duæ legiones urbanæ a consulibus scriptæ: summaq; triū & uiginti legionū eo anno effecta
est. Delectum consulū. M. Posthumii Pyrgensis cum magno prope motu rerum factum impedit. Pu-
blicanus erat Posthumius: qui multis annis parē fraude avaritiæq; neminem in ciuitate habuerat: p̄ter
L. Pomponiū Veientanum: quē populantem temere agros in lucanis ductu Hannonis priore āno ce-
perant carthaginenses. Hi: quia publicum periculū erat ui tempestatis: in iis: quæ portarentur ad exer-
citus: & ementiti erant facta naufragia: & ea ipsa: quæ uera nunciauerant: fraude ipsorū facta erant: non
casu. In ueteres quassatas naues: paruis & pauci p̄t̄i rebus impositis: cum merfissent eas in alto exceptis
in p̄paratas scaphas: nautis: multiplices fuisse merces ementiabantur. Ea fraus indicata. M. Aemylio p̄-

Noui sa-
crum
ritus

Fuluius
flaccus
Ap. Cla-
udius
conf.

Publica
norum
fraus

TERTIAE DECADIS

tori priore anno fuerat: ac per eum ad senatū delata. Nec tamē ullo senatusconsulto notata: quā pātes ordinem publicanorū in tali tpe offensum nolebant: populus seuerior uindex fraudis erat. Excitatiq; tādem duo tribuni plebis, Sp. & L. Caruilius: cum rem inuisam infamēq; cernerent: ducētum millium aëris multam. M. Posthumio dixerunt: cuius certandæ cum dies aduenisset: conciliumq; tam frequēs plebis adesset: ut multitudinem area Capitolii uix caperet: perorata cā: spes una uidebatur eē: si. C. Seruilius Casca tribunus plebis: qui propīquus erat: cognatusq; Posthumio: priusq; ad suffragium tribus uocarentur: intercessisset. Testibus datis: tribuni populum sum: mouerunt: super re illa: quæ lata est: ut fortirentur: ubi latini suffragium ferrent. Interim publicani Cascæ instare: ut concilio diem eximeret. populus reclamare: & forte in cornu primus sedebat Casca: cui simul metus: pudorq; animū uersabat. Cum in eo parum p̄sidii esset: turbandæ rei causā publicani per uacūū ui summo occupato loco in eos irruperunt iurgantes simul cum populo tribunisq;. Nec procul dimicatione res erat. Tum Fuluius cōsul tribunis. Videtis ne: inquit uos in ordinem coactos esse: & rem ad seditionem spectare: ni propere dimittitis populi concilium: plebe: dimissa: senatus uocatur. Et consules referunt de concilio plebis turbato ui: atq; audacia publicanorum. Marcum Furium Camillum cuius exilium ruina urbis fuerit secuta: dānari se ab ingratis ciuibus passum esse. Decemuiros ante: quorum legibus ad eam diem uiuerent. Multos postea principes ciuitatis iudicium de se populi passos. Posthumium. Pyrgensem suffragium populo per uim extorsisse: concilium plebis sustulisse. Tribunos in ordinem coegisse: contra populum romanum aciem introduxisse: locum occupasse: ut tribunos a plebe intercluderet: tribus i suffragium uocari prohiberet: nihil aliud a cæde ac dimicatione continuisse homines: nisi patientiam magistratuum: quod cesserint in præsentia furori atq; audaciæ paucorum: uinciq; se ac populum romanum passi sint: & comitia: quæ reus ui atq; armis prohibitorus erat: ne cā quærentibus dimicationem daretur: uoluntate ipsius sustulerūt. Hæc cū ab optimo quoq; pro atrocitate rei acta essent: uimq; eam contra rēp. pernicioso exēplo factam senatus decerneret: confestim Caruili tri. pl. omiſſa multæ certatione rei capitalis diem Posthumio dixerunt: ac ni uades daret: p̄hendi a uiatore: atq; in carcerem duci iusserunt. Posthumius: uadibus datis: non adfuit. Tribuni uocauerunt Plebem: quæ ita sciuit. si. M. Posthumius ante Calē. maias nō prodisset: citatusq; eo die nō uenisset: neq; excusatus esset: uideri eum in exilium: esse bonaq; eius uenire: ipsi aqua & igni placere iterdici. Singulos deinde eorum: qui turbæ ac tumultus concitatores fuerant: rei capitalis diē dicere: ac uades poscere cœperunt: primo non dantes deinde & eos: qui dare possent: in carcerem coniciebant. Cuius rei periculū uitantes pleriq; in exilium abierunt. Hunc publica fraus publicanorū: deinde fraudem audaciā protegens exitū habuit. Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. Ea comitia nouus pontifex. M. Cornelius Cethegus habuit. Tres ingenti certamine petierunt. Fuluius Flaccus consul: q & ante bis consul & censor fuerat: & T. Manlius Torquatus: & ipse duobus cōsulatibus & Censura in signis: & Licinius Crassus: q ædilitatē curulem petiturus erat: hic senes honoratosq; iuuenes in eo certamine deuicit. Ante hunc itra centum annos & uiginti nemo p̄ter publicum Cornelium Caluſſam pōtifex maximus creatus fuerat: q sella curuli nō sedisset: cōsules cum ægre delectum conficerent: quod inopia iuniorū: non facile in utrūq; ut & nouæ urbanæ legiones: & supplementum ueteribus scriberet: sufficiebat: senatus absistere eos icœpto uetuit: & triūuiros binos creati iussit: alteros: q ultra: alteros: q citra quinquagesimum lapidem in plateis forisq; & in conciliabulis omnem copiam igenuorū ispicerent: & si qui roboris satis ad ferēda arma habere uiderent: ēt: si nondum militari ætate essent: milites facerēt. Tribuni plebis: si iis uideret: ad populum ferrent: ut q minores septem & decem annis sacramento dixissent: iis perinde stipēdia pcederent: ac si septem & uiginti annorū: aut maiores milites facti essent. Ex hoc senatuscōsulto creati triūuiri binii: qui cōquisitionē igenuorum p̄ agros fecerunt. Eodem tempore ex Sicilia litteræ. M. Marcelli de postulatis militum: q cum. P. Lentulo militabāt in senatu recitatae sunt. Cannensis reliquiæ cladis is exercitus erat relegatus in Siciliam: sicut ante dictū ē: ne ante punici belli finem in Italiam reportarentur. Hi p̄missu Lentuli primores eq̄tum: cēturionumq; & robora ex legionibus peditum legatos i hyberna ad. M. Marcellum miserūt: e qbus unus potestate dicēdi facta. Cōsulente. M. Marcelle in Italiā ad issemus: cum primum de nobis: & si nō iniquum: certe triste senatuscōsultum factum est: nisi hoc sperassemus: in puinciam nos: morte regum turbatam: ad graue bellum aduersus siculos simul p̄nosq; mitti: & sanguine nostro uulneribusq; magistratibus satisfacturos esse: sicut pactum memoria: q capti a Pyrrho ad Heracleam erāt aduersus Pyrrhum ipsum pugnātes: satisfecerunt: quāq; quod ob meritū nostrum succensuistis patres. C. nobis ac succēsetis. Ambos mihi cōsules: & uniuersum senatum itueri uideor: cum te. M. Marcelle intueor: quem si ad Cannas cōsulem habuissemus: melior & respublica & nostra fortuna esset. Sine quæso priusquā de cōditione nostra queror: noxam: cuius arguimur: nos purgare. Si non deum ira nec fato: cuius lege imobilis rēp. humanæ ordo serit: sed culpa perimus ad Cannas: cuius tādem ea culpa fuit: militū: an imperatorū equidem miles nihil unquā dicam de impatore eo: cui p̄sertim sciam gratias a senatu actas: quod nō desperauerit de republica: cui post fugā actā sit p̄ annos oīs prodatum imperium. Cæteros item ex reliquiis cladis eius: quos tribunos militum habuimus: honores petere: & gerere: & puincias obtinere audiuimus. An uobis: uestrisq; liberis ignoscitis facile patres cōscripti in hæc milia capita sæuitis: & cōsuli: primoribusq; aliis ciuitatis fugere cū spes alia nulla esset: turpe non fuit: milites utiq; morituros ia aciem misistis. Ad Alliam p̄pe ois exercitus fugit. Ad Furcas Caudinas ne exptus qdem certamen arma tradidit hosti ut alias pudēdas clades exer-

Publica
norum
exilia &
dānatio
nes

Atf. ser
natuscō
sultum

Quid
Fatum

Relega
togæ mi
litū oīs
ad Mar
cellum

citium taceam: tamen tantum abfuit ab eo: ut illa ignominia iter exercitus quaereretur: ut ea urbs Ro-
 ma per eum exercitum qui ab Alia in ueios transfugerat: recuperaretur. Et caudinae legiones quae sine
 armis redierat Romam: armatae remissa in Samnium: eundem illum hostem subiugum miserunt: qui
 hac sua ignominia laetatus fuerat. Cannensem uero quisquam exercitum fugae: aut pauoris infimulare
 potest: ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt: Vnde consul cum equitibus septuaginta fu-
 git: Vnde nemo superest: nisi quem hostis caedendo fessus reliquit: Cum captiuis redemptio negabat:
 nos uulgo homines laudabant: quod reipublicae nos seruassimus: quod ad consulem Venusiam redisse-
 mus: & speciem iusti exercitus fecissemus. Nunc deteriore conditione sumus: quam apud patres nostros
 fuerant captiui: quippe illis arma tantum atque ordo militandi locusque: in quo tenderet: in castris est muta-
 tus: quem tamen semel nauata reip. opera. & uno felici plio recuperarunt. Nemo eorum relegatus in exilium
 est: nemini spes emerendi stidenda est adempta. Hostis denique est datus: cum quo dimicantes aut uitam
 semel: aut ignominiam finiret. Nos: quibus: nisi quod commisimus: ut quisque ex cannensi pugna siue acie
 miles romanus superesset: nihil obici potest: non solum a patria procul Italiaque: sed ab hoste et relegati su-
 mus: ubi senescamus in exilio. Nequa spes: nequa occasio abolenda ignominiae: nequa placanda ciuium
 irae: nequa denique bene moriendi sit: neque ignominiae finem: nec uirtutis premium petimus: modo expe-
 riri animum: & uirtutem exercere liceat laborem & periculum petimus: ut uirorum: ut militum officio
 fungamur. Bellum in Sicilia iam alterum annum ingenti dimicatione geritur: urbes alias poenus: alias
 romani expugnat: peditum & equitum acies concurrunt. Ad Syracusas terra marique res geritur: clamores pu-
 gnantium: crepitumque armorum exaudimus desides ipsi & segnes: tanquam nec arma: nec manus ha-
 beamus. Seruorum legionibus. T. Sempronius consul totiens iam cum hoste signis collatis pugnavit: ope-
 ra premium habent libertatem ciuitateque: pro seruis saltem ad hoc bellum emptis nobis simul congruere cum
 hoste liceat: & pugnando quaerere libertatem. Vis tu: mari: uis terra: uis acie: uis urbibus oppugnandis ex-
 periri uirtutem: asperrima quaeque ad laborem: periculumque deposcimus: ut quod ad Cannas faciendum
 fuit: quod primum fiat. Quonia quicquid postea uiximus: id omne destinatum ignominiae est. Sub haec dicta
 ad genua Marcelli procubuerunt. Marcellus id nec iuris: nec potestatis suae esse dixit: senatui scripturae
 se: omniaque de sententia patrum facturum esse. Haec litterae ad novos consules allatae: ac per eos in senatu recitatae
 sunt. Consultusque de his litteris ita decreuit senatus militibus: qui ad Cannas commilitones suos pu-
 gnantes deseruissent: senatui nihil uideri reip. commitenda esse: si. M. Claudio pro consuli aliter uide-
 retur: faceret: quod e reip. fideque sua duceret: dum nequis eorum munere uacaret: neue dono militari uirtutis
 gratia donaretur: non in Italia reportaretur: donec hostis intra Italiam esset. Comititia deinde a praetore ur-
 bano de senatus sententia: plebiisque scito sunt habita: quibus creati sunt quinque uiri muris turribusque
 reficiendis & triuiri bini uni: sacris conquirendis: donisque per signandis: alteri reficiendis aedibus Fortu-
 nae: & matris Matutae intra portam Carmetalem: sed & spei extra portam: quae priore anno incendio con-
 sumptae fuerant. Tempestates foedae fuere. In Albano monte biduo continenter lapidibus pluit. Tacta de
 caelo multa. Duae in Capitolio aedes. Vallum in castris multis locis supra Sueffulam: Et duo uigiles exa-
 nimati. Murus turreisque quaedam Cumis non ictae modo fulminibus: sed et decussae: Reatae saxum ingens
 uisum uolitare. Sol rubere solito magis: sanguineoque similis. Horum prodigiisque causa diem unum sup-
 plicatio fuit: & per aliquot dies consules rebus diuinis operam dederunt: & per eosdem dies sacrum nouen-
 diale fuit. Cum tarentinorum defectio iam diu & in spe Annibali: & in suspitione romanis esset: causa for-
 te extrinsecus maturandae eius iteruenit. Phileas tarentinus diu iam per speciem legationis Romae cum
 esset uir inquieti animi: & minime otium: quo cum diutino senescere uidebat: patientis: aditum sibi ab
 obsides tarentinos iuenit. Custodiebant in atrio Libertatis minore cura: quia nec ipsis: nec ciuitati eorum fal-
 lere romanos expediebat. Hos crebris colloquiis sollicitat corruptis aedituis duobus: qui cum eos primis
 tenebris custodia eduxisset: ipse comes occulti itineris factus profugit. Luce prima uulgata per urbem fuga
 est: missique qui sequerentur: a Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. Deducti in comitio: uirgisque: ap-
 probante populo: caesi: de saxo deiiciunt. Huius atrocitas poenae duarum poenae nobilissimarum in Italiam
 graecarum Ciuitatum animos irritauit: tum publice: tum et singulos priuatim: ut quisque tam foede iteremptos
 aut per iniquitatem: aut amicitia contingebat. Ex iis tredecim fere nobiles tarentini coniurauerunt: quorum
 principes Nico & Phylomenes prius quam aliquid mouerent: colloquendum cum Annibale rati: nocte
 per speciem uenandi urbem egressi ad eum proficiscuntur: & cum haud procul castris abessent ceteri fil-
 ua prope uiam sese occuluerunt: Aico & Phylomenes progressi ad stationes: comprehensique ultro id pe-
 tentes ad Annibalem deducti sunt. Qui: cum & causas consilii sui: & quid pararet: exposuissent: collau-
 dati: oneratique promissis iubentur: ut fidem popularibus facerent: praedandi causa se urbe egressos peco-
 ra carthaginensium: quae partim propulsa essent: ad urbem agere tuto: ac sine certamine id facturos per-
 missum est. Conspecta ea praeda iuuenum est: minusque iterum ac saepius id eos audere miraculo fuit.
 Congressi cum Annibale rursus fide sanxerunt: liberos tarentinos leges suaque omnia habituros. Neque
 ullum uectigal poeno pensuros: praesidiumue inuitos recepturos. Proditia praesidia carthaginensium fo-
 re. Haec ubi conuenerunt: tunc uero Philomenes consuetudinem nocte egrediendi redeundi-
 que in ur-
 bem frequentiore facere. Et erat uenandi studio insignis: canesque & alius apparatus sequebat: captumque
 ferme aliquid aut ab hoste: ex praeparato allatum reportando donabat aut praefecto: aut custodibus porta-
 rum. Nocte maxime comere propter metum hostium credebatur. Vbi iam consuetudinis adducta res est: ut
 quocumque noctis tempore sibilo dedisset signum porta aperiret: tempus agendae rei Annibali uisum est. Tridui

Non sep-
 tuaginta
 sed quin-
 quaginta
 superius
 lectum est

Senatus
 consultum
 de iis qui
 in Sicilia
 legati
 erant

Prodi-
 gia
 Phileas
 tarentinus
 Atrium li-
 bertatis

Tarenti-
 ni obsi-
 des saxo
 deiiciunt
 Tarenti-
 nos &
 Turios
 alieatos
 itellige

TERTIAE DECADIS

uia aberat. Vbi quo minus mirum eēt: uno eodēq; loco statua eū tādiu habere agrum simulabat. Romanis quoq; qui in praesidio Tarenti erant: signis eius mora suspecta eē desierat. Caeterū posteaquam Tarentū ire constituit: decemmillibus peditum atque equitum: quos ī expeditione uelocitate corporis ac leuitate armorū aptissimos esse ratus est: electis quarta uigilia noctis signa mouit: praemissisq; octoginta ferme numidis equitibus praecipit: ut discurrerēt circa uias perlustrarentq; omnia oculis: nequis agrestiu procul spectator agminis falleret: progressos retraherent: obuios occiderēt ut praedonū magis: quā exercitus accolis species essent. Ipse raptim: agmie facto: quindecim ferme milliū spatio castra a Tarento posuit: & ne ibi: quidē nunciato: quo pergerent: tantū conuocatos milites monuit: uia oēs irent: nec diuerti quēquā: aut excedere ordine agminis paterentur: & in primis intenti ad imperia accipienda essent: nequid nisi ducum iussu facerent: se in tempore editurum: quā uellet agi. Eadē ferme hora Tarentum fama puenerat. Numidas equites paucos: populari agros terroremque late agrestibus iniecit: se. Ad quem nuncium nihil ultra motus praefectus romanus: quam ut partem equitum postero die luce prima iuberet exire ad arcendum populationibus hostem: interea adeo nihil obediēter curatum est: ut contra pro argumento fuerit illa: procuratio numidarum. Annibalem exercitumque castris nō nouisse. Annibal concubia nocte mouit. Dux Philomenes erat cum solito captae uenationis onere. Caeteri proditores ea: quae cōposita erant expectabant. Conuenerat autem: ut Philomenes portula assuetata uenationē inferens armatos inducerent. Parte alia portam Temenitida adiret Annibal: ea mediteranea religione orientem spectabat: aliquantum intra moenia includitur. Cum portae appropinquaret: editus excomposito ignis ab Annibale est refulsitq;. Idem reditū ab Nicone signum. Extinctae deinde utrinq; flammæ sunt. Annibal silentio ducebat ad portam. Nico ex improviso ad portas sopitos uigiles incubilibus suis obruncat: portamq; aperit. Annibal cū peditum agmine ingreditur: equites subsistere iubet: ut quo res postulet: occurrere libero capō possent: & Philomenes portulae parte alia: quā comere assueuerat: appropinquabat: nota uox eius & familiare iam signū cum excitasset uigilem dicens uix sustinere grandis bestiae onus: portula aperitur: inferentes apriū duos iuuenes: secutus ipse cū expedito uenatore uigilē incautius: miraculo magnitudinis in eos: qui inferebant uersum: uenabulo traiecit. Ingressi deinde triginta fere armati caeteros uigiles obruncant: refringuntq; portā maximam: & agmē sub signis confestim irrupit. Inde cū silentio in fossā ducti Annibali sese coniunxerunt. Tum duomillia gallorū poenus in tris diuisa partes per urbē dimittit. Tarentinos & infra q̄maxime frequētia occupare iubet: tumultu orto: romanos passim cædi: oppidanis parci: sed ut fieri id possēt: praecipit iuuenibus Tarentinorū: ut ubi quē suorum procul uidissent: quiescere: & silere: ac bono aīo eē iuberent. Tum tumultus erat: clamorq;: qualis esse in capta urbe sollet: sed quid rei essēt: nemo satis pro certo scire. Tarentini romanos ad diripiendā urbem credere coortos. Romanis seditio aliqua cum fraude uideri ab oppidanis mota. Praefectus primo excitatus tumultu in portum effugit. Inde acceptus scapha in arcē confugit. Terrorem & tuba audita ex theatro faciebat. Nam & romana erat: a proditoribus ad hoc ipsum praeparata: & inscīenter a graeco inflata: quis: aut quibus signū daret: incertū efficiebat. Vbi illuxit: & romanis punica: & gallica arma cognita: tum dubitationē exemerunt: & romanos graeci passim caede stratos cernētes ab Annibale captā urbē senserūt. Posteaquā lux certior erat: & romani: qui caedibus superfuerant: in arcē confugerāt: cōtiscēssēbatq; paulatim tumultus: tum Annibal Tarentinos sine armis cōuocari iubet. Conuenerūt oēs: praeterquā qui cedentis in arcē romanos ad oēm adeundā simul fortunam persecuti sunt. Ibi Annibal benigne allocutus Tarentinos testatusq;: quae praestitissent ciuibus eorū: quos ad Thrasymenū: aut ad Cannas cepisset: simul in dominationē superbā romanorū inuectus recipere se in domos suas quēq; iussit: & foribus nomē suū inscribere: sed domos eas: quae inscriptae nō essent: signo extemplo dato: diripi iussurū. Siquis in hospitio ciuis romani: uacuas autē cernebat domos: nomen inscripsisset: eū se pro hoste habiturū. Concione dimissa: cū titulis notatae fores discrimen pacatae ab hostili domo fecissent: signo dato: ad diripiēda hospitia romana passim discursum ē. Et fuit praedae aliquantum. Postero die ad oppugnandā arcē ducit: quā cū & mari: quo in peninsulae modū pars maior circūluitur praeraltis rupibus: & ab ipsa urbe muro & fossā īgenti septam uideret: eamq; nec uin nec operibus expugnabile esse: ne aut seipsum curat uēdi Tarentinos a maioribus rebus moraretur: aut in relictos sine ualido praesidio: Tarentinos impetum exire cum uellēt: romani ex arce facerēt: & uallo urbē itersepire statuit ab arce: nō sine ulla etiā spe: cū prohibētibus opus romanis manū posse censerit: & si ferocius procurrissent magna caede ita attenuari praesidii uires: ut facile p se ipsi tarentini urbē ab iis tueri possent. Vbi coeptū opus est: patefacta repēte porta in muniētes ipetum fecerūt romani: pellig se statio passa est: quae pro opere erat: ut successū cresceret audacia: pluresq;: & lōgius pulsos psequerēt. Tum signo dato: coorti undiq; poeni sunt: quos īstructos ad hoc Annibal tenuerat: nec sustinere ipetum romani: sed ab effusa fuga loci angustiae eos: īpedimētāq; alia opere iam īcepto: alia apparatu operis morabantur: plurimi in fossām praecipitati: occisiq; sunt plures in fuga: quā in pugna. Inde & opes nullo prohibēte: fieri coeptum: fossā īgens ducta: & uallū itra eam erigit: modicoq; post iteruallo murum etiā eadē regione addere parat: ut uel sine praesidio tueri se aduersus romāos possent. Reliquit tamē modicū psidium: ut simul iter faciēdo muro adiuuaret. Ipse pfectus cū caeteris copiis ad Galesum flumē: quique millia ab urbe abest: posuit castra. Ex iis statius regressus ad īspiciēdum opus: quod aliquatū opiniōe eius celerius creuerat: spem cepit: et arcē expugnari posse. Et ē non altitudine ut caetera tuta: sed loco plano posita: & ab urbe muro tantum: ac fossā diuisa. Cum iam machinationum omni

Cōsiliū
Anniba
lis ī re q̄
agebat
celāda

Tarētū
Anniba
li pdif

Liuius
saliator
hic cer
te fuit

Edictū
ānibalis

Ro. cae
des cir
ca tarēti
nā arcē

genere: & opibus oppugnaretur: missum a Metapoto praesidium romanis fecit aium: ut nocte ex improviso opera hostium iuaderet: alia disiecerunt: alia igni corruerunt. Isq; finis Annibali fuit ea parte arcem oppugnandi. Reliqua erat in obsidione spes: nec ea satis efficax: quia arcem tenentes: quae peninsula posita imminet faucibus portus: mare liberum habebat. Vrbs contra exclusa maritimis comeatibus propiusq; inopiam erat obsidentes: quae obfessi. Annibal convocatis principibus Tarentinorum oes praesentes difficultates exposuit: neq; arcis tam munitae expugnandae uiam cernere: neq; in obsidione quicquam habere spei: donec mari potiantur hostes. Quod si naues sint: quibus comeatibus inuehi prohibeant: extemplo aut abcessuros: aut dedituros se hostes assentiebantur Tarentini. Caeterorum ei: qui consilium afferret: opem quoq; in eam rem afferendam esse censebant: punicas enim naues ex Sicilia accitas id posse facere. Suas: quae sinu exiguo iterclusae essent: cum claustra portus hostis haberet: quemadmodum inde in apertum mare euasuras. Euadent: inquit: Annibal: multa: quae impedita natura sunt: consilio expediuntur: urbem enim compositam habetis. Planae & satis latae uiae patet in ois partes: uia: quae in portum per mediam urbem ad mare transmissa est: plaustris transueham naues haud magna mole: & mare nostrum erit: quo nunc hostes potiuntur: & illic mari: hinc terra circumferebimus arcem: imo breui: aut relicta ab hostibus: aut cum ipsis hostibus capiemus. Haec oratio non spem modo effectus: sed ingentem et ducis admirationem fecit. Contracta extemplo undique plaustra iunctaque iter se & machinae ad subducendas naues admotae: munitumq; iter: quo faciliora plaustra minorq; moles in transitu esset: iumentum inde & homines contracti: & opus impigre coeptum: paucosq; post dies classis instructa atq; parata circumuehitur arcem: & ante ipsum portum anchoras iacit. Huc statim rex Annibal Tarenti reliquit: regressus ipse in hyberna. Caeterorum defectio Tarentinorum utrum priore anno: an hoc facta sit: in diuersum auctores trahunt: plures propiusq; aetate memoriae rex hoc anno tradunt factam.

Romae consules: praetoresq; usque ante diem quinto Kalendas maias Latinae tenuerunt. Eo die: perpetrato sacro in morte: in suas quisque proficiscuntur praesentibus. Religio deinde noua obiecta est ex carminibus martianis. Vates hic Martius illustris fuerat. Et cum inquisitio priore anno: ex senatusconsulto talium librorum fieret: in M. Aemylii praetoris urbis: qui eam rem agebat: manus uenerunt. Is protinus nouo praetori Suillae tradiderat. Ex huius Martii duobus carminibus: alterius postea est aucta: declarato auctoritas euentu: alteri quoque: cuius nondum tempus uenerat: afferebat fidem. Priore carmine canentis praedicta clades: in haec ferme uerba erat. Agme troiugena Canam Romanae fugae: nec te alienigenae cogant in capto Diomedis conferere manus: Sed neque credes tu mihi donec compleris sanguine campum: multaq; millia occisa tua deferat amnis in portum magnum ex terra frugifera: piscibus atq; auibus: ferisq; quae incolunt terras: iis fiat esca caro tua. Nam mihi ita Iuppiter fatus est: Et Diomedis argiui campos & Canam flumen: quae militauerunt in iis locis: iuxta atq; ipsam cladem agnoscebat. Tum alterum carmen recitatum: non eo tantum obscurius quae incertiora futura praeteritis: sunt: sed proplexius et scripturae genere. Hostes romani si expellere uultis: uomicaque: quae gentium uenit longe: Apollini uouendos cenfeo ludos: qui quotannis commiter Apollini fiant: cum populus dederit ex publico parte: priuati uti conferant per se: suisq; iis ludis faciendis praerit: praetor iis: quae ius populo plebiq; dabit summum: decem uiri graeco ritu hostis sacra faciant. Haec si recte faxitis: gaudebitis spem: fietq; res uestra melior. Nam is dius extinguet per duelles uestros: qui uestros campos pascit placide. Ad id carmen explanandum diem unum sumpserunt: postero die senatusconsultum factum est: ut decem uiri liberos de ludis Apollini: reque diuina facienda inspicerent. Ea cum inspecta relataq; ad senatum essent censuerunt praesentibus ludos Apollini uouendos: faciendosq;. Et quando iudi facti essent. xii. millia aeris praetori ad rem diuinam & duas hostias maiores dandas: alterum senatusconsultum factum est: ut decem uiri sacra graeco ritu facerent iisque hostis. Apollini boue aurato: & capris duabus albis auratis. Latonae foemina boue aurata. Ludos praetor in circo maximo cum facturus esset: edixit ut populus per eos ludos stipem Apollini: quantum commodum esset: conferet. Haec est origo ludorum Apollinariu: uictoriae non ualitudinis ergo: ut plerique reterunt: uotorum. Factosq; populus spectauit coronatus. Matronae supplicauerunt. Vulgo apertis ianuis in propatulo epulati sunt: celeberrimae dies omni ceremoniarum genere fuit. Cum Annibal circa Tarentum: consules ambo in Samnio essent: sed circumfessuri Capuam uiderentur: quod malum diuturnae obsidionis esse solet: iam famem campani sentiebant: quia sementem facere prohibuerant eos romani exercitus. Itaque legatos ad Annibalem miserunt orantes: ut priusquam consules in agros suos educerent legiones: uiaq; omnes hostium praesidiis insiderentur: frumentum ex propinquis locis conuehi iuberet Capuam. Annibal Hannonem ex brutiis cum exercitu in Campaniam transire: & dare operam: ut frumenti copia fieret campanis: iussit. Hanno ex brutiis profectus cum exercitus uitabundus castra hostium consulesq; qui in Samnio erant. Beneuento iam approquinquaret. xxx. passuum millia ad ipsam urbem loco edito castra posuit. Inde ex sociis circa populis: quod aestate coportatum erat: deuehi frumentum in castra iubet praesidiis datis quae comeatibus eos persequerent. Capuam inde nuntium misit: quod die ad accipiendum frumentum praesto essent: ois undique genere uehiculorum iumentorumq; ex agris contracto. Id pro caetera secordia: negligentiaq; a campanis actum: paulo plus trecenta uehicularum missa: & pauca praeterea iumenta. Ob id castigati sunt ab Hannone: quod ne fames quidem: quae mutas accenderet bestias: curam eorum stimulare posset. Alia producta dies ad frumentum maiore apparatu petendum.

Ea omnia: sicut acta erant: cum enunciata Beneuentanis essent. Legatos decem extemplo ad consules circa Bouianam: ubi castra romanorum erant: miserunt. Qui cum auditis quae ad Capuam agerentur: inter se comparassent: ut alter in Campaniam exercitum duceret. Fuluius cui ea praesentibus obuenerat profectus nocte Beneuentum moenia ingressus. Ex propinquo agnoscit. Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum: duo millia plaustrorum inconditam inermemq; aliam turbam aduenis

Anniba
lis consi
liu. adu
cenda
classeMartia
nu car
menLudorum
appoli
narium
origo